








B 31 (vol 4)

51 J.





COMMENTARIA
DE ANTIQUIS SCALPTORIBUS

QUI SUA NOMINA INCIDERUNT

IN GEMMIS ET CAMMEIS

CUM PLURIBUS MONUMENTIS ANTIQUITATIS INEDITIS

STATUIS ANAGLYPHIS GEMMIS

AUCTORE

DOMINICO AUGUSTO BRACCI

REGIAE SOCIETATIS ANTIQUARIORUM LONDINENSIS.

VOLUMEN SECUNDUM.

FLORENTIAE MDCCLXXXVI.
APUD CAIETANUM CAMBIAGI TYPOGRAPHUM REGIUM

SUPERIORUM PERMISSU.

MEMORIE
DEGLI ANTICHI INCISORI

CHE SCOLPIRONO I LORO NOMI

IN GEMME E CAMMEI

CON MOLTI MONUMENTI INEDITI DI ANTICHITÀ

STATUE BASSIRILIEVI GEMME

OPERA

DI DOMENICO AUGUSTO BRACCI

DELLA SOCIETÀ REALE ANTIQUARIA DI LONDRA.

VOLUME SECONDO.


FIRENZE MDCCLXXXVI.

PER GAETANO CAMBIAGI STAMPATORE GRANDUCALE

CON LICENZA DEI SUPERIORI.







PRAEFATIO

Cum in I. hujusce operis volumine fidem obligaverim (Praefat. p. xvii.) me cxx. saltem usque gemmas relaturum artificis nomine insignitas, nihil reliqui feci, ut illas invenirem, ac promissi fidem meis Lectoribus praestarem; sed etsi nullum studium in conquirendis gemmis praetermissi, has nihilominus tenere nullo modo potui, quas tamen existere pro comperto habebam. Harum in numero sunt, Bovis caput Philemonis opus, Bacchans Solonis opus, cujus mentionem facit Winkelmann (1), & in quo ego Amazonem repraesentari puto, Fannus Bacchans, opus pulcherrimum Pollionis Romani, qui floruit Augusti aetate, quarum gemmarum apostrophaginata habebam; sed haec cum aliis rebus ad hoc opus pertinentibus, ut alibi inveni (2), ablata mihi fuerunt. Dum huic operi finem imposui, certior factus ab eruditissimo viro Ab. Le Blond hanc gemmam ut & aliam exhibentem seu militarem virum, seu militiae Deum a Solone sculptam, servari Parisiis in Cimeliarcho D. Daugny. Praeterea extat quoque gemma apud utriusque Siciliae Regem Victoriam exhibens biga vesta, ac Sistrati nomine distincta, quae, cum Victoriae a Lucio sculptae similis esse videatur, nec imprimi facile possit, in hoc opere desideratur. Curavi tamen ne ei deessent aliae Gemmae raritate & argumento celebres, ut non minus copia, quam verum delectu hoc volumen ornaretur. Inter has eminet quaedam a du Fresne edita (3). Gemma hac praestantissima sapphiro incisa, Imp. Constantii Venatio repraesentatur. Cernitur in ea Constantius Augustus, ut de super indicat inscriptio (CONSTANTIUS AVG.), hasta interficiens aprum, supra quem est inscriptio ΕΙΦΙΑC cum duabus plantis. Pone Imperatorem est alius hasta armatus. In imo observatur figura muliebris procumbens sinistra manu cornucopiam tenens cum epigraphe ΚΕCΑΡΙΑ ΚΑΠΠΟΔΟΚΙΑ. Cl. Lami in Ephem. Liter. Florentiae An. 1760. num. 4. col. 49. hallucinatus est, affirmans verbum Xiphias esse nomen artificis, qui hanc gemmam caelavit. Hoc verbum Xiphias est nomen piscis, de quo loquitur Aelian. de nat. Animal. lib. 9. cap. 40. & lib. 14. cap. 43. Athenaeus lib. 7. pag. 314. & Oppianus de piscat. lib. 2. v. 463. & lib. 3. v. 530. Sed nil ad rem nostram. Una Plantarum, quae sunt supra apris caput, forsitan illa est, quae a Theophrasto lib. 6. cap. 7. pag. 708. & 709. & a Plinio lib. 25. cap. 11. nomine Xiphion memoratur.

Si gemmas singulas reserere voluissem artificum nominibus insignitas, vix quatuor volumina satis fuissent. Sed quia harum multae recens elaboratae fuerunt, aut veteribus gemmis recenter adscripta fuerunt nomina veterum artificum, quo majus pretium invenirent, illas ne commemorandas quidem putavi. Verum omne studium consumpsi in conquirendis iis, quae nullo artificio sunt infucatae, & diligentiam, quam adhibui, valituram spero ad excusationem obtinendam, si quasdam minime invenire potui.


Nil aliud addidi catalogo Piclorum Sculptorum &c. Inui labore confecto, nisi nomina veterum Piclorum, Sculptorum, & Architectorum, quae in illius opere desiderantur. Nam

ve-

(1) Monum. Ant. Ined. Trattato Prel. pag. XXV. & CXI. Du-Fresne D. Du-Cange De Imperat. Constantinop. nu-

(2) Bracci Commentaria de Antiq. &c. Praef. vol. 1. p. 14. mismaribus pag. 157. & seq.

(3) Tab. XIX. N. III. De hac gemma vide Carolum



P R E F A Z I O N E

AVendo nel Volume I. di questa mia opera promesso (*Pref. p. xvii.*) di riportare almeno cxx. gemme col nome dell'Artefice, usai ogni diligenza per trovarle, e mantenere insieme ai miei Lettori la promessa; ma per quanto io mi sia in tal ricerca adoperato, non mi fu mai possibile di averle, benchè sapessi, che esistevano. Tralle quali una testa di Bove, opera di Filemonc; una Baccante, opera di Solone, mentovata da Winkelmann (1), che io credo rappresenti un Amazzone; un Fauno Baccante, opera bellissima di Pollione Romano, il quale fiorì nel tempo di Augusto. Di queste gemme ne avevo le impressioni; ma insieme con altre cose spettanti a questa opera, come altrove ho detto (2), mi furono involate. Mentre che io sono al termine della mia fatica, son reso consapevole dall'eruditissimo Sig. Abate le Blond, essere questa gemma a Parigi nel gabinetto del Sig. Daugny, siccome un'altra gemma scolpita da Solone rappresentante una figura militare, oppure un Marte. Oltre a queste ancora una Vittoria in una biga col nome di Sostrato, presso il Re delle due Sicilie; e perchè è simile alla Vittoria incisa da Lucio, nè facilmente può imprimerfi, quì non la riporto. Ho procurato però di supplire con altre gemme singolari per la rarità ed il soggetto, acciocchè sia ornato questo volume di cose non meno pel numero, che per la scelta ragguardevoli. Tra queste è singolarissima quella pubblicata da Du-Fresne (3). Tal pregiatissima gemma è incisa in Zaffiro, nella quale è rappresentata la caccia dell'Imp. Costanzio. Si vede in essa Costanzio Augusto (come indica una iscrizione posta sopra CONSTANTIVS AVG.), che coll'asta uccide un Cinghiale, sopra il quale è l'iscrizione ΕΙΦΙΑC. con due piante. Presso all'Imperatore vi è un altro armato di asta. A basso si osserva una figura muliebre giacente tenendo colla sinistra mano un cornucopia coll' iscrizione ΚΕCΑΡΙΑ ΚΑΙΠΠΟΔΟΚΙΑ. Il Chiar. Lami nelle *Novelle Letterarie di Firenze* an. 1760. num. 4. col. 49. sbagliò, affermando la parola *Xiphias* essere il nome dell'artefice, il quale incise questa gemma. Questa parola *Xiphias* è un nome di pesce, del quale parla Eliano de *Nat. Animal.* lib. 9. cap. 40. e lib. 14. cap. 43. e *Ateneo* lib. 7. pag. 314. ed *Oppiano della pesca* lib. 2. v. 463. e lib. 3. v. 530. Ma niente al nostro proposito. Una delle piante, che sono sopra il capo del Cinghiale, forse è quella, di cui fa menzione Teofrasto lib. 6. cap. 7. pag. 708. e 709. e *Plinio* lib. 25. cap. 11. chiamata *Xiphion*.

Se io avessi voluto riportare tutte le gemme insignite col nome degli antichi artefici, appena farebbero stati sufficienti quattro volumi; ma perchè molte di queste sono state recentemente lavorate, o alle antiche gemme sono stati incisi di nuovo i nomi degli antichi artefici per ritrarne un maggior valore, ho stimato proprio non farne menzione. Ma io non ho trascurato veruna premura nel ricercar quelle gemme col nome genuino dell'antico incidore, ed ho adoprata tale e tanta diligenza, che spero sarà per rendermi iscusato, se alcune non ho potuto ritrovare.

Io non ho aggiunto al catalogo de Pittori, Scultori ec. fatto da Giunio, se non i nomi degli Antichi Pittori, Scultori, ed Architetti, i quali mancavano nella di lui opera.

Im-

(1) *Monum. Ant. ined. Trattato Prel.* pag. XXV. e XCI.

(3) *Tav. XIX. N. III.* di questa gemma vedi Carlo du-Fresne *Sig. di Du-Change De Imperat. Constanti-*
nop. Numismatibus p. 157. e seq.

(2) *Bracci Mem. degli Antichi ec. Pref. p. XV.*

veteres artifices, ut Agrum vestiarium, Alconem Fabrum, Ampelium Figulum, Architelem Lapidam, Argum Naupegum, & alios hujusmodi multos, tanti non esse putavi, ut cum iis nobilioribus, nobilissimarumque artium profitentibus recenserentur. Theodorum virum in Geometria perfectum addere etiam potuissem, cuius meminere Xenophon (4) & Plato (5). Saepe Iunius indicat tantummodo nomina artificum neque commemorat opera ab iis summa arte absoluta. Exemplo esse possunt Architectus Libo, de quo Pausanias (6) loquitur, Callicrates ipse quoque Architectus, & Clivo Statuarius &c. &c. Qui monumenta colligere vellet hujusmodi artificum, multa sane haberet, quae in Iunium addere posset; cui rei argumento sunt, quae ego casu magis, quam consulto in scriptorum lectione notavi. Ad hujusmodi opus perficiendum conducere possent, quae de Architectis scripsit Milizia, cuius liber Romae, Parmae & Bassani editus est. Sed caute is legendus est; nam nimis libere interdum iudicat, nec semper indicat fontes, unde hauserit quae affirmat. Celeberrimus Requenos cum opus edidisset, quod inscripsit, (Saggi sul ristabilimento dell' antica arte dei Greci, e Romani Pittori) prodidit exemplum huiusmodi rerum tractandarum, sibi que immortalitatem peperit. Reliquos non commemoramus scriptores, quos consulere, sed caute, iuvabit.

Verum ne hisce rebus diutius immorer, admonendos lectores puto, me de veteribus sculptoribus saepe consuluisse peritos homines, & praesertim omnium peritissimum Joannem Pikler.

Non praetermissi notare loca, in quibus gemmae aservantur: sed quia crebrae sunt horum mutationes, ne Principum quidem Museis exceptis, non mihi culpa vertatur, si quidpiam minus vere affirmasse videbor.

Ad gemmas delineandas, & incidendas etiam in hoc II. Volumine homines adhibui, quantum mihi datum est, praestantissimos, ac formas ipsas diligenter eleganterque exprimi curavi.

Cum non una mens omnibus sit, ac quisque pro suo libitu, atque ingenio iudicet, fortasse meas gemmarum explanationes non omnes probabunt. Sed ego appello eruditiores antiquitatis cultores, quorum erit certius iudicium, ac meas etiam sententias lubenti animo revocabo. In autem minime ignorant, antiquitatis non esse scientiam certam, sed opinionem carum rerum, quae pro ingeniis variae sunt.

Plurimum sane profecissem per Ab. Le Blond, & Ab. De la Chaux Gallorum eruditissimos, si explanationes, quae ii ediderunt de gemmis Musei Ducis Aurelianensis ad manus meas pervenissent, antequam huic operi finem facerem. Etenim plurima isti protulerunt, quae recouditis quibusdam literis continentur, quaeque convertere in rem meam potuissem (7). Interea tantis viris debitas laudes tribuens caudide fateor, me sequi tantummodo veritatem, quam utinam amplexus esset, qui meum opus nondum in lucem editum inconsulto insectari ausus est. Quapropter cum in me turpiter malevolus fuisse visus sit, excusatione dignus iudicabor, si aliquando habenas irae in illo reprehendendo laxavi. Ceterum nemo rerum, quae ad antiquitatem, & ad Graphicen pertinent peritus inficias iverit, non solum plagiarium interdum fuisse, sed & multa illum de historia pulcherrimarum artium scribentem peccasse, multa praetermisisse, mul-

(4) Lib. 4. Memorabil. vol. 2. pag. 155.

(5) De Reguo.

(6) Pausan. lib. 5. cap. 10.

(7) Haud pigebit quaedam commemorare. Huiusmodi sunt, quae pertinent ad Personas Scenicas, (vol. 1. pag. 217. & seq.), ad Gladiatorem Rudiarium, (vol. 2.

pag. 245. &c.), ad Herculoditum (vol. 1. pag. 105. &c.), ad Ledam (vol. 1. pag. 43.), quam nos in hoc volumine (vol. 2. pag. 142.) exhibuimus. In enim sane ingeniose conjiciunt ad Sappum, vel ad aliam celebrem poetriam ipsam spectare.

Imperocchè gli Antichi artefici, come Agrio Vestiario, Alcone Fabbro, Ampelio lavorator di creta, Architele Scarpellino, Argo fabbricator di Nave, e molti altri di questa sorte io giudicai di non annoverarli con quelli eccellenti, ed illustri Professori delle Belle Arti. Io avrei potuto ancora aggiungere Teodoro eccellente Geometra, di cui Platone (4), e Zenefonte (5) ne fanno menzione. Spesso indica Giunio solamente i nomi degli artefici e pone in dimenticanza le opere loro con somma arte lavorate. Per esempio l'Architetto Libone, del quale parla Pausania (6), Callicrate ancora Architetto, e Clitone Statuario ec. Chi volesse raccogliere le memorie di questi artefici, molte cose certamente potrebbe aggiungere a Giunio. Nè può essere una prova ciò, che io più casualmente, che a bello studio nella lettura degli autori ho osservato. Per perfezionare questa opera, potrebbe giovare il libro che ha scritto *Milizia* degli Architetti, stampato a Roma, a Parma, e a Bassano. Ma bisogna leggerlo cautamente, perchè alle volte giudica troppo liberamente, nè sempre indica i fonti, donde ha ricavato ciò che afferma. Il celeberrimo Requesos si è reso immortale nel trattare queste materie ne' suoi *Saggi sul ristabilimento dell' antica arte de' Greci, e Romani Pittori*. Lascio di parlare ancora d' altri Scrittori, che hanno scritto sopra questo argomento, e che sono da leggerli, ma con cautela.

A fine però di non andar troppo vagando, stimo bene di avvertire i Lettori, che non ho mancato sempre di consultare sopra gli Antichi incisori gli uomini periti, e principalmente il peritissimo tra tutti Giovanni Pikler.

Io non ho tralasciato di notare i luoghi dove si custodiscono le gemme; ma siccome spesso sono sottoposte a de' cambiamenti, non essendo ueppure eccettuati i Musei de' Sovrani, non sarà attribuito a mia mancanza, se altramente affermerò.

Per disegnare, ed incidere queste gemme io mi son servito ancora in questo secondo volume, per quanto io ho potuto de' più valenti professori, che si trovassero, ed ho procurato che fossero fatti i rami colla maggior diligenza, ed eleganza.

Non essendo tutti di un sentimento, e ciascuno giudicando a suo piacere, ed ingegno, forse non approveranno tutte le mie spiegazioni delle gemme. Ma io mi appello ai più versati nello studio dell' Antichità, che daranno un migliore giudizio, nè avrò difficoltà di ritrattare le mie opinioni. Essi fanno benissimo, che l' antichità non è una scienza, ma una opinione di quelle cose, le quali sono varie, secondo la mente di chi le interpreta.

Io certamente avrei profittato delle spiegazioni degli eruditissimi Francesi *Ab. le Blond, e Ab. de la Cbaux* spettanti alle gemme del Duca di Orleans, se mi fossero pervenute avanti che terminassi la mia opera. Imperocchè hanno sicuramente molte cose con rara erudizione riferite, delle quali avuto potuto farne uso nella mia Opera (7). Intanto mentre comparto le dovute lodi a sì celebri personaggi, mi protesto sinceramente solo amatore, e seguace della verità, la quale Dio volesse, che fosse stata abbracciata da chi inconsideratamente criticò la mia opera. In vista adunque d' un genio di sì precipitata censura che l' Abate Winkelmann mostrò avere contro di me, mi lusingo d'ottenere qualche scusa, se mi sono lasciato trasportare contro di lui. Nessuno però degl' intendenti delle Antichità, e del disegno oltre ai plagj che fece alle volte dell' altrui scoperte, farà per negare aver preso molti errori nella sua storia delle Belle Arti, aver tralasciato molte cose,

Tom. II.

b

aver

(4) Platone de Regno.

(5) Lib. 4. Memorab. vol. 2. p. 155.

(6) Pausan. lib. 5. cap. 10.

(7) Non riacrescerà al Lettore che io ne faccia di alcune menzione, come quelle che appartengono alle Maschere Sceniche (vol. 1. p. 217. e seq.), al Gladi-

atore Radiario, (vol. 2. p. 245. e seq.), all' Ermafrodito (vol. 1. p. 105. e seq.) ed alla Leda (vol. 1. p. 43.) la quale noi abbiamo riportata in questo vol. 2. pag. 142. Questi però ingegnosamente congetturano poter essere la famosa Saffo, o altra celebre poetessa.

multa fallacibus iudiciis pronunciaſſe, multa in hiſtoricis, & praefertim in chronologicis erraſſe rebus, & nonnullis ab aliis ſurripuiſſe, quas pro ſuis vendidit; Talem denique fuiſſe, ut ſi quis omnes Winkelmanni errores excuteret, volumen conficere certe poſſet. Quod exequar, (ut me id eſſe praefiturum, ſi vita ſuppetat, promitto) non ut aliquid illius nomini detrabatur, & eo quidem modo, quem virum literatum deceat, jam vel nunc injuriarum omnium quas nunc certum merui, oblitus. Vel ejus celeberrimus laudator, & amicus D. Heyne, haec de illo affirmare non dubitavit (8). Viveva in Francia a que'di un uomo immortale, il quale ſtudiava le antiche coſe colle medefime mire. Era queſti il Sig. Conte di Caylus, che aveva altronde ſulle belle arti delle cognizioni più eſatte, e più profonde, eſſendo un abile artiſta egli ſteſſo; onde i ſuoi ſcritti ſono per queſta parte preferibili a tutti gli altri. Winkelmann, che tali abilità non avea, fu però ſuperiore a lui per una erudizione claſſica, e per avere ſtudiate principalmente le opere grandi, che in Roma avea ſott'occhio, mentre che il Conte Caylus non potè occuparſi che a piccoli lavori, che nella ſua collezione ha sì maeftrvolmente riſchiarati. Neque aliter ſentit etiam celeberrimus Hiſpanus Ab. Requeſus, qui in praefatione ſib. pag. 31. (Saggi ſul riſtabilimento dell'antica arte dei Greci, e Romani Pittori &c.) ait. Winkelmann volle emendare i loro falli, (ſcilicet D. Durand, & Monier) e ſcriſſe dell' arte antica, ma frattanto, che eſſo fa da Antiquario, eſaminando le ſtatuë, e baſſirilievi, e Cammei, ſi paleſa accorto, ed erudito, e lo riſpetto: quando vuol ſarla però da filoſofo intorno alla cauſa dell' eccellenza, e del buon guſto de' Greci, ſi moſtra mancante aſſai di dialettica, e di raziocinio. Quando fa da Storico, trovo in lui falli inſcuſabili. Egli poi mi ſembra un entuſiaſta nel lodare alcune opere de' Greci artiſti: Ragionando però intorno al giuſto merito della coltura de' Greci pennelli, non eccede i ragionevoli confini nel conchiudere, e giudicare. E nel catalogo che teſſe degli ſtatuarj, non fa altro che ſhiorare l' erudizione dell' alfabeto di Giunio. Un tal Autore, a dire il vero, non può ſervire al riſtabilimento, (ſe non in quanto eſamina le ſtatuë antiche da copiarſi da dilettanti, e profeſſori) non ſolamente per ciò che parla quaſi ſolo della ſtatuarja col ſuo autore favorito Pauſania; ma per ciò che niente accenna dell' iſtoria, nè de metodi dell' antica pittura. Sed quamvis non omnes Winkelmanni ſententiae laudandae ſint, atque approbandae, magna eſt tamen nonnullorum de illo admiratio, & qui Romae eius Hiſtoriam artium edendam ſuſcepit, D. Fea addidit (ut me de erroribus accuſaret atque iniuriis afficeret) ſi illum audias, neminem parem extitiſſe Winkelmann. Nihil eſt in antiquitate, quod ipſe non norit, & adeo illius bene explicandae rationem tenuit, ut piaculum ſit dicta ejuſdem tanquam oracula Apollinis, in dubium revocare. Hinc ego tanquam ignarus totius antiquitatis, nec non naturalis, & publici juris ab illo traducor (9), quod aureum M. Aurelii librum contra Winkelmanni ſententiam deſenderim (10), nullumque occaſionem praetermittit qua me carpat acerrime; ſed quam vere, ex his facile intelligipoterit, quae ad indicandum hominis ingenium curſim ſubiiciam. Ait itaque me haud emendate retuliſſe Graecam inſcriptionem (11), cum

(8) Elogio di Winkelmann pag. 46. Editio Mediolan. vide etiam vol. 1. pag. 317. & vol. 2. pag. 161. & praefertim pag. 241.

(9) Hiſtoria delle Arti vol. 3. pag. 249. Tu qui calles, ornatiſſime Fea, tum naturale cum jus publicum, audias oro: Iuris praecepta ſunt haec: honeſte vivere, alterum non laedere &c. cur igitur me tam immerito laceſſiſſi? Rurſus, audias quae ad rem noſtram Clar. Mariette pronunciat (Traité de pierres Gravées p. 295. Il eſt permis de penſer autrement que les autres, & il eſt

louable de faire valoir ſon opinion, mais on ne doit outrager perſonne, encore moins ceux, de qui l'on n'a reçu aucune offenſe, & qui ſe tenant tranquilles, ne cherchent, ni à nuire, ni à dominer. Egregius illuſtrator Muſei Pio-Clementini (vol. 2. in fol.) ab Evario Quirino Viſconti deſcripti a me in nonnullis diſſentire videtur, ſed ea moderatione, quam utinam omnes a tanto viro edicerent, atque imitarentur.

(10) De libro M. Aurelii vide vol. 1. pag. 17. nota 6.

(11) Fea vol. 3. p. 248.

aver detto molte cose fallacemente, ed aver preso molti sbagli nella istoria, e principalmente nella Cronologia, ed alle volte si attribui le altrui scoperte di maniera tale, che se alcuno vorrà esaminare i di lui errori potrà formarne un volume, che io prometto di fare, a Dio piacendo, non per toglier la di lui fama; ma con tutta la moderazione, che conviene a chi va in traccia del vero, volendo io fin d' adesso dimenticarmi di tutte le immeritate ingiurie. Ancora il di lui celeberrimo encomiatore ed amico Sig. Heyne non pensò altrimenti di lui dicendo (8). *Viveva in Francia a que' di un' uomo immortale, il quale studiava le antiche cose colle medesime mire. Era questi il Sig. Conte di Caylus, che aveva attonde sulle belle arti delle cognizioni più esatte, e più profonde, essendo un abile artista egli stesso; onde i suoi scritti sono per questa parte preferibili a tutti gli altri. Winkelmann che tali abilità non avea, fu però superiore a lui per una erudizione classica, e per avere studiate principalmente le opere grandi che in Roma avea sot' occhio, mentre che il Conte Caylus non potè occuparsi che in piccoli lavori, che nella sua collezione ha sì maestrevolmente rischiarati. Nè altrimenti ancora pensò il celeberrimo Spagnolo Abate Requenos, il quale nella prefazione del libro p. 31. (Saggi sul ristabilimento dell' antica arte de' Greci, e Romani Pittori &c.) così si esprime: Winkelmann volle emendare i loro falli, (cioè del Sig. Durand, e Monier) e scrisse dell' arte antica; ma frattanto che esso fu da Antiquario, esaminando le statue, e i bassirilievi, e cammei, si palesò accorto, ed erudito, e lo rispettò: quando vuol farla però da filosofo intorno alla causa dell' eccellenza, e del buon gusto de' Greci, si mostra mancante assai di dialettica, e di raziocinio. Quando fa da Storico trovo in lui falli inescusabili. Egli poi mi sembra un entusiasta nel lodare alcune opere de' Greci artisti: Ragionando però intorno al giusto merito della coltura de' Greci penneili, non eccede i ragionevoli confini nel concludere, e giudicare. E nel catalogo che tesse degli Statuarj, non fa altro che sfiorare l' erudizione dell' alfabeto di Giunio. Un tal Autore a dire il vero non può servire al ristabilimento, (se non in quanto esamina le statue antiche da copiarli da' dilettanti, e professori) non solamente per ciò che parla quasi solo della Statuaria col suo autore favorito Pausania; ma per ciò che niente accenna dell' istoria nè de' metodi dell' antica pittura. Ma quantunque Winkelmann meriti le sue censure, contuttociò è grande l' ammirazione, che hanno di lui, e singolarmente il Sig. Fea che in Roma intraprese di ristampar la Storia delle arti per incolparmi degli errori, e dirmi delle ingiurie. Aggiunse, se alcuno l' ascolta, Winkelmann non avere l' eguale. Niente è nell' antichità, che esso non conosca, e talmente sostiene le sue spiegazioni, che farebbe un delitto di dubitare dei detti del medesimo, come fossero oracoli di Apollo; perciò io sono dal Sig. Fea messo in derisione, perchè sono ignaro nell' antichità, e nel Gius Naturale, e pubblico (9), perchè io ho difeso l' aureo libro di Marco Aurelio contro il sentimento di Winkelmann (10), e nessuna occasione tralascia d' ingiurarmi; Ma quanto sia la verità, facilmente può intendersi da queste cose, le quali io di volo aggiungerò, che saranno bastanti a dimostrare il naturale dell' uomo. Dice pertanto che io ho riportata una iscrizione scorretta (11),*

b 2

quan-

(8) Elogio di Winkelmann pag. 46. edizione di Milano. Vedi ancora vol. 1. p. 317. e vol. 2. p. 161. e principalmente pag. 241.

(9) Fea Storia delle Arti v. 3. p. 249. Voi cariss. Sig. Fea, che professate ancora il Gius naturale, e pubblico, perlaqualcosa vi prego che ascoltiate. *Questi sono i precetti della Legge: Vivere onestamente, non offendere altrui ec.* Dunque perchè m' avete sì ingiustamente lacerato, senza avervi io mai offeso. Di nuovo ascoltate a questo proposito il Ch. Sig. Mariette (*Traité de Pierres Gravées* pag. 295.) *Il est permis de penser autrement que les*

autres, & il est louable de faire valoir son opinion, mais on ne doit outrager personne, encore moins ceux, de qui l' on u' a reçu aucune offense, & qui se tenant tranquilles, ne cherchent, ni à nuire, ni à dominer. L' egregio illustratore del Museo Pio-Clementino descritto dal Sig. Eanio Quirino Visconti (vol. 2. in fol.) non conviene in alcune cose con me, ma egli lo fa con quella moderazione, che piacesse a Dio, che tutti imparassero ad imitare sì celebre letterato.

(10) Del libro di M. Aurelio. Vedi vol. 1. p. 17. Nota 6.

(11) Fea vol. 3. p. 243.

omnis error in nimia coniunctione verborum consistat mihi culpa vertit, quod, cum nominassen celebrioribus Clypeos (12), Scipioni Gallicum tribuerim. At tum mihi mens erat differentiationem de eo scribere, nominare illum volui. Secutus sum illustriorum scriptorum de illo sententiam (13).

Dignus forsitan nota sum, quod affirmaverim, Antinuum (14) qua maxime ornatur Albania Villa Romae, gestasse manu sinistra coronam, cuius reliquias mihi videre visus sum in ipsa manu; nescio an verae coronae similitudo ab illustri artifice huius anaglyphi restauratore prosequitae me deceperit. Si erravi, error habet aliquid excusationis, quae probari posse videtur. An potest esse ulla Winkelmanno affirmanti rexisse Antinuum manu illa habenas! Quae rectoris in illo signa apparent? Nulla sane.

Instat & urget iniquus accusator, & quae de gemma Iunonis Lauurvinæ (15) profert, indigna homine sunt, cui eor sapiat. Hic in eum injurias, quas in me evomuit, retorquere licet, quemadmodum nos docet Laertius. Iniuria injuste irrogata, ejus est infamia, qui facit. Aristotelem quoque addamus (Lib. I. Ethic. cap. 5. p. 86.) Cum ex voluntate laeserit quispiam, tunc demum injustus, & pravus est. Ipsi quidem aut nunquam videre contigit huiusmodi gemmam, aut si contigit, mirari debemus non distinxisse vultum foeminae, qua nulla pulchrior est, a vultu juvenis. Qui hanc pretiosam gemmam possidet Rendorp Praefectus Amstelodamensis, omne ei dubium adimere poterit. Idcirco vero ex hac gemma occasionem arripui confutandi Winkelmann (16), quia inconsulte affirmaverat illa repraesentari Tibi seum Leonis pelle obiectum.

Quem in me gerat animum humanissimus Fea, ex his argumentari licebit. Inquit ille (17). Il Sig. Abate Bracci vuol che stimiamo queste gambe di Achille sulla sua parola, e tronfo di contradire a Winkelmann a forza d'ingurie, e di spropositi. Sus Minervam, più che ex pede Herculem; senza neppur conoscere le lettere Greche, ha il coraggio di riprenderlo in tuono magistrale, quasi che vergognosamente sbagli nell'intendere l'iscrizione accanto ad esse... INTOC ΑΛΕΞΑ. per quinto figliuolo di Alessandro, in vece di Quinto Alessa. Egli anzichè riportarci degli altri ALEXA nelle iscrizioni Latine, e negli Scrittori, ci doveva dare esempi, ove si vedesse che i Greci fossero soliti mettere nelle iscrizioni sulle gemme, ed altri monumenti il loro nome, e prenome, se pur l'avevano, e che il nominativo dei Mascolini della prima declinazione nella loro lingua finisce in A, e non in AC; non potendosi dire, che quivi sia l'abbreviatura dell'ultima lettera, come avrebbe almeno spacciato il Sig. Ab. Bracci; poichè simili abbreviature non soleano farsi presso i Greci, nè presso i Romani, e nella gemma vi era luogo da mettere anche delle lettere. Un solo argomento potrebbe rilevare a suo favore il Sig. Abate Bracci, e sarebbe l'inavvertenza degli Autori della descrizione del Museo Tiepolo, ove i Genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli spiegano in latino per nominativi. Bone Deus! quot censor meus conglomeravit errores! Si illum auscultas, me dixisse, quod numquam dixi, arbitraberis. In explicanda illa gemma secutus sum sententias virorum doctissimorum Gori, & Vettori. En verba mea. Nobilitate, virtute non minus, ac eruditione spectabilis vir eques Franciscus Victorius Romanus

(12) Fea vol. 2, pag. 309.

(13) Vide Bracci Clipeo votivo pag. 73.

(14) Fea vol. 3, pag. 448. &c.

(15) Fea vol. 3, pag. 442. &c.

(16) Vide Bracci Comment. vol. 1, pag. 270. & seq.

(17) Fea vol. 3, pag. 466.

quando tutto l'errore consiste nella troppa unione o attaccatura delle lettere. M' incolpa, perchè avendo nominato i più celebri Clipei (12), abbia attribuito quello di Francia a Scipione. Non riguardava a me di fare una dissertazione sopra questo Clipeo; io lo volli nominare, ed ho seguitato il sentimento de' più illustri Scrittori (13).

Degno forse sono di biasimo, perchè ho detto, che l' Antinoo (14), grandissimo ornamento della Villa Albani di Roma, tiene nella sinistra mano una corona, una parte della quale mi parve di vedere nell' istessa mano, che poi il valente Scultore che restaurò questo singolarissimo bassorilievo proseguisse nel farci una corona. Io non sò se la somiglianza della corona mi abbia ingannato; lascio benvolentieri il deciderne a quelli che vedranno questo bassorilievo. Ma certamente Antinoo non terrà le redini, come affermò Winkelmann, perchè non è sicuramente in questa attitudine.

Mi conculca, e mi opprime ingiuriosamente l'ingiusto accusatore, e quelle cose che proferisce della gemma di Giunone Lanuvina (15), sono indegne di un uomo, che abbia buon senso. E' lecito ritorcere l'ingiurie che avete detto contro di me, come l'insegna Laerzio. *L'ingiuria fatta ad altrui ingiustamente, ridonda in infamia di chi la fa.* Aggiungiamo ancora Aristotile (Lib. I. Ethic. c. 5. p. 86.) *Quando alcuno avrà offeso volontariamente un altro, allora senza dubbio l'uomo è ingiusto e maligno.* Esso certamente non ha veduto mai questa gemma, e se egli l'ha veduta, ciascuno si maraviglierà non avere distinto il volto di una femmina, che non può esser di maggior bellezza, dal volto di un giovine. Il Sig. Rendorp Borgomastro di Amsterdàm che possiede questa preziosa gemma, potrà togliere ogni dubbiezza. Per la qual cosa presi occasione da questa gemma di confutare Winkelmann (16), perchè troppo inconsideratamente, e senza consiglio aveva affermato rappresentare un Teseo coperto colla pelle di Leone.

Quale animo abbia contro di me il gentilissimo Signor Fea, da questo facilmente si potrà argomentare. Egli dice (17). *Il Signor Abate Bracci vuol che stimiamo queste gambe di Achille sulla sua parola, e tronso di contraddire a Winkelmann a forza d'ingurie, e di spropositi; Sus Minervam più che ex pede Herculem, senza neppur conoscere le lettere Greche, ha il coraggio di riprenderlo in tuono magistrale, quasi che vergoguosamente sbagli nell'intendere l'iscrizione accanto ad esse . . . INTOC AΛΕΞΑ per quinto figliuolo di Alessandro, in vece di quinto Alessa. Egli anzichè riportarci degli altri ALEXA nelle iscrizioni Latine, e negli Scrittori, ci doveva dare esempi, ove si vedesse che i Greci soffero soliti mettere nelle iscrizioni sulle gemme, ed altri monumenti, il loro nome, e prenome, seppur l'avevano, e che il nominativo dei Mascolini della prima declinazione nella loro lingua finisce in A, e non in AC; non potendosi dire, che quivi sia l'abbreviatura dell'ultima lettera, come avrebbe almeno spacciato il Signore Abate Bracci; poichè simili abbreviature non soleano farsi presso i Greci, nè presso i Romani, e nella gemma vi era luogo da mettere anche delle lettere. Un solo argomento potrebbe rilevare a suo favore il Sig. Abate Bracci, e sarebbe l'inavvertenza degli Autori della descrizione del Museo Tiepolo, ove i Genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli spiegano in latino per nominativi. Dio immortale! quanti errori ha ammassato il mio Censore! Se l'ascolterai, giudicherai che io abbia detto ciò che io non ho mai detto. Nello spiegare questa gemma ho seguitato il sentimento di Gori, e Vettori, uomini dottissimi; Ecco le mie parole. Il Commendator Francesco Vettori di Roma non tanto per lo splendor de' natali, che per l'erudizione riguardevolissimo, pubblicò un' eccellente libro intitolato Dissertatio Glyptographica.*

b 3

(12) Fea vol. 2. p. 309.

(13) Vedi Bracci Clipeo Votivo pag. 73.

(14) Fea vol. 3. p. 443. &c.

(15) Fea vol. 3. p. 442. &c.

(16) Vedi Bracci Comment. vol. 1. p. 270. c seg.

(17) Fea vol. 3. p. 466.

nus libellum eximium evulgavit, cui titulum fecit, Dissertatio Glyptographica. In eo quaecumque ad Artificem Alexam spectant, Heroemque in gemma hac expressum, tanto ingenio & eruditione pertractata, & illustrata sunt, ut nihil supra. Et quoniam plagiarum nomen semper abhorruì, hinc lubentius ipsamet eiusdem verba referam. Eius scripta compilare non est animus, cuius me sectatorem libenter profiteor, ideoque ipsius verba referam &c. *Ex his facile erit conijcere D. Feam minime legisse meum librum. Quare cum illo nunc agam, ut olim egi cum Winkelmannio.* Hanc Quinti Alexae gemmam primum Clar. Ant. Fr. Gori in Museo Florentino vol. 2. p. 155. Tab. 97. n. 1. ex dactyliothecca Victoria vulgavit, eamque praestantissimus Antiquarius illustrans, ostendit, Achillem armis ocreisque instructum ad bellum proficiscentem, in quo gemmae scite suppletæ fragmento scriptum est nomen Artificis *Quinti Alexae*, quod ad hoc tempus incognitum fuit. Tamen Abbas Winkelmann in libro saepius citato, *Description des Pierres Gravées du Feu B. Stofsch* p. 166. de hac gemma locutus, hac effatur. *Pate de verre prise d'une Sardoine du Cabinet du Chev. Vettori de Rome fragment. Il ne contient que les deux jambes jusque a mi-cuisse avec l'inscription* INTOC ΑΛΕΞΑ ΕΠΟΙΕΙ. Diligens antiquarius indicare debuisse crura Ochreis obiecta. Sed maiora sunt quae infra nobis sunt observanda: *M. P. Abbè Bracci dans une planche de son ouvrage des pierres gravées a fait suppléer le reste de la figure, Expede Herculem, comme si elle étoit entiere. Ex pede Herculem formavit, ac si integer esset. O vere praeclarum ingenium, seu potius ridiculum caput. Mihi supplementum attribuit, dum triginta annis ante, quam egomet opus aggrederec (nunc sunt quinquaginta) gemma suppleta erat, eamque ita suppletam Gorius, & Victorius ediderant, quod nec ipse Winkelmann ignorabat; nam loca indicat in notis, ubi clar. viri publici juris hanc gemmam fecere (18). Quae, mi Fea, cur huius gemmae inscriptionem omnino mutilam afferes? Si tibi presso vestigio Winkelmannum sequi meus erat; (nam & ipse obruncatam exhibet inscriptionem) non ignorasses profecto Gorium (19) & Victorium (20) integram exhibuisse inscriptionem, quae sic habet,*

| | |
|---------|-----------|
| KOINTOC | Quintus |
| ΑΛΕΞΑ | Alexa |
| ΕΠΟΙΕΙ. | Faciebat, |

Unde fugis tibi, hoc loco verbum ALEXA indicare Quintum filium Alexandri? Exigis a me, qui Alexae tribui illud opus, & illam inscriptionem, ut Alexam aliis monumentis extitisse probem, idque praestiti in medium afferens ex Fabretto (21) inscriptionem: L. Licinius L. C. Alexa curator viarum &c. Non aequè facile persuadere poteris in verbo Alexa aliquem Alexandri filium contineri.

Dubitare videris, num Graeci mos esset nomen, & praenomen, si tamen (inquit) habebant praenomen idem inscribere in gemmis aliisque monumentis. Omne tibi dubium adimere poterit gemma exhibens Diomedem & Ulysses (22), cum hac inscriptione ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΥ ΓΕΩΡΓΗΤΟΥ ΦΗΛΑΞ Calpurnii Severi Felix faciebat. Affirmas etiam, ut eruditionem ostentes, che il nominativo dei masculini della prima declinazione nella loro lingua finisce in A, c non in AC. Non potendosi dire che qui vi sia l'abbreviatura dell'ultima lettera, come avrebbe almeno dovuto spacciare il Sig. Abate Bracci, poichè simili abbreviature non solcano farsi, nè presso i Greci, nè presso i Romani, e nella gemma vi era luogo da mettere an-

(18) Vide in hanc rem Bracci Comment. vol. 1. pag. 49. & seq.

(19) Mus. Florent. Tab. 97. n. 1.

(20) Dissert. Glypt. pag. 1.

(21) Fabbretti Inscrip. cap. 6. n. 59. pag. 449.

(22) Bracci Comm. v. 2. Tab. 76. Stofsch Gem. p. 148.

phica. In questo libro sono trattate, ed illustrate con tanto ingegno, ed erudizione tutte quelle cose, che appartengono all'Artefice Alexa, e all'Eroe espresso in questa gemma, che nulla di più si può dagli eruditi desiderare. Siccome ho aborrito sempre il nome di plagiaro, perciò ben volentieri riporterò l'isfesse sue parole ec. Da queste cose facilmente si può congetturare, che il Sig Fea non ha letto il mio libro. Per la qualcosa io dirò a lui ciò che dissi a Winkelmann: *Quella gemma di Quinto Alexa fu la prima volta pubblicata dal Chiarissimo Dottor Gori nel Museo Fiorentino vol. 2. p. 155. tav. 97. n. 1. dal Museo Vettori, ed illustrandola il celeberrimo antiquario ci addita un Achille armato coll' Ocree nell'atto di partite per la guerra, nel qual frammento della gemma egregiamente supplito, è inciso il nome dell' artefice Quinto Alexa, che fino a questo tempo è stato a noi incognito. Contuttociò l' Abate Winkelmann nel suo libro spesso citato: Description des Pierres Gravées du Feu B. Stofch pag. 166. così parla di questa gemma. Pate de verre prise d' une Sardoine du Cabinet du Chev. Vettori de Rome fragment. Il ne contient que les deux jambes jusque a mi-cuisse avec l' inscription: INTOC AΛΕΞΑ ΕΠΟΙΕΙ. Un diligente antiquario avrebbe dovuto indicare le gambe coperte d' Ocree. Ma maggiori cose son quelle, che più a basso ci fa d' uopo d' osservare. M. l' Abbè Bracci dans une planche de son ouvrage des pierres gravées a fait suppleer le reste de la figura. Ex pede Herculem, comme si elle etoit entiere. Da un piede ne ha formato un Ercole, come se fosse intero. O veramente bellissimo ingegno, o piuttosto testa ridicola! Mi attribuisce di aver fatto supplire questa gemma, quando trenta anni prima, che io principiaffi questa mia fatica, ed ora sono cinquanta, era già stata supplita, e tale quale l' avevano data alla luce Gori, e Vettori, la qualcosa nemmeno l' isfesso Winkelmann ignorava indicando nelle note i luoghi, ed il tempo dove questi chiarissimi uomini pubblicarono questa gemma (18). Di grazia caro Sig. Fea, perchè riportate del tutto mutilata l' iscrizione di questa gemma? Se avevi volonrà da seguitare del tutto Winkelmann (perchè ancor egli riporta l' iscrizione mutilata) non poteva certamente ignorare aver pubblicata Gori (19), e Vettori (20) intiera questa iscrizione, la quale dice così.*

| | |
|---------------|---------|
| K O I N T O C | Quinto |
| A Λ Ε Ξ Α | Alexa |
| ΕΠΟΙΕΙ. | Faceva. |

Come vi figurate in questo luogo, che la parola ALEXA voglia indicare Quinto figlio di Alessandro? Voi esigete da me, che ho attribuito quella opera, e quella iscrizione ad Alexa, e che io provi essere esistito qualche Alexa in altri Monumenti, e ciò ho fatto riportando l' iscrizione di Fabbretti (21) *L. Licinius L. O. Alexa Curator viarum &c.* Non tanto facilmente potrete persuadere, che la parola Alexa possa esprimere il figlio di Alessandro.

Pare che voi dubitate, se i Greci fossero soliti mettere nelle iscrizioni sulle gemme, ed altri monumenti il loro nome e prenome, se pur (come voi dite) l' avevano. Ogni dubbio farà tolto dalla gemma rappresentante Diomede ed Uliile (22) con questa iscrizione ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΥ ΣΕΩΘΡΟΥ ΦΗΜΕ Faceva di Calpurnio Severo Faceva. Affermate ancora per far pompa di erudizione, che il nominativo dei mascolini della prima declinazione nella loro lingua finisce in A, e non in AC. Non potendosi dire che qui vi sia l' abbreviatura dell' ultima lettera, come avrebbe almeno dovuto spiccare il Sig. Ab. Bracci, poichè simili abbreviature non soleano farsi, preso i Greci, nè preso i Romani, e nella gemma vi

era

(18) Vedi a questo proposito Bracci Memorie ec. vol. 1, pag. 41. e seg.

(19) Mus. Florent. Tab. 97. N. 1.

(20) Dissert. Glypt. p. 1.

(21) Fabbretti Infer. cap. 6. n. 59. p. 449.

(22) Bracci Comm. v. 2. Tab. 76. Stofch Gem. p. 148.

anche due lettere. (*Hinc perinde ac si memet excusare velit. (Videas quaeso quem patronum nactus sim!* Un solo argomento potrebbe rilevare a suo favore il Sig. Ab. Bracci, e sarebbe l'inavvertenza degli Autori della Descrizione del Museo Tiepolo, ove i genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli spiegano in Latino per nominativi. *Grammatici personam non feliciori successu, quam Antiquarii geris, inquit Nominativum masculinum primae declinationis desinere in A. Omnia enim fere numismata Galbae habent nominativum in A. ΣΕΡΟΥ ΓΑΛΒΑ (23) Servius Galba. Ita etiam in celeberrimo Caesareo Museo a clar. viro Eckhel descripto (24).*

ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟΥ . Imp. Galba.

ΣΕΡΟΥ ΓΑΛΒΑ Servius Galba.

ΣΟΥΛΗ ΓΑΛΒΑ . Sulpicius Galba .

Perraro, ut in Museo Britannico (25), Galbae nomen desinit in AC. *Quod dico non ut me solum, sed etiam ut defendam explicatores numismatum, quae ornant Museum Thiepolium, quos injuste & injuriose coarguis.*

Nemo vel mediocriter in studiis antiquitatis eruditus ignorat, numismata Imp. Graeca & Latina nomina eorum, ad quos pertinent, nominativo casu fere semper expressa habere (26): Quandoque integra scribuntur, quandoque prioribus literis indicantur; Vehementer igitur errat Fea affirmans, che simili abbreviature non soleano farsi nè presso i Greci, nè presso i Romani (27); Addit praeterea che nella gemma vi era luogo da mettere anche due lettere. Deerat profecto omnino locus, sed si artifex indicare voluisset Quintum Alexandri filium, ut somniat Fea, scripsisset quidem ΚΟΙΝΤΟC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΟΙΕΙ Quintus Alexandri faciebat, quemadmodum se gessit Eutyches in Minervae gemma. ΕΥΤΥΧΗC ΔΙΟΥΚΟΤΡΙΑΔΟΥ; Eutyches Dioscoridis (28).

Quae dum scribimus, nolo quis arbitretur, nos refugere ab admonitionibus, si aequae sunt probatur enim mihi illa Terentiana sententia (29).

Corrigenda si qua sane visa vobis hic erunt,

Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea,

Quin statim culpenda delens praebeam rectis locum.

Ea propter rogavi amicos, ut mihi de universo opere candide iudicium exponerent suum; Neque his modo, sed & iis, quorum ope valde usus sum, vel ad convertenda in Italicum Sermonem Graecorum Latinorumque poetarum carmina, quae simul collecta Mediolani edita fuerunt, vel ad ipsum opus quomodocumque ornandum perpoliendumque, plurimum me devinctum esse confiteor.

Ne laudatores nominem meos moderatio quaedam exigat; silere tamen non debeo me a Summo Pontifice Pio Sexto, quem Regis immortalibus suscipiendis perficiendisque operibus Catholicae Ecclesiae bono diu sospitem esse precor, cum operis primi Volumen ei obtulisset, accepisse literas plenas humanitatis, & charitatis, quae non parum animi mihi addiderunt ad inceptum iter persequendum.

(23) Carol. Patin. Numismata Imp. pag. 228. Vide Musci Arrigoni Numismata Graeca Tab. VI.

(24) Eckhel Catalogus Musaei Caesarei Vindobonensis &c.

(25) Vol. 2. Tab. 4. num. 1. pag. 193.

(26) Vide Theaur. Morell. Tab. XX. N. I. II. III. IV. V. in numismat. Iulii Caesaris. Vide etiam Gesnerum in numismat. M. Antonii Tab. XI. & XII. & Augusti Tab. XVII.

(27) Vide Gesnerum Numismata Regum Macedoniae Tab. II. N. 6. ΦΙΔΗΠΙ pro ΦΙΛΗΠΠΟΥ Tab. VI. N. 17. ΑΥΣΙΜΑΧ pro ΑΥΣΙΜΑΧΟΥ. Et Gesnerum Numism. Imperat. Tab. XXXI. N. 22. ΙΟΥΤ pro ΙΟΥΤΑΙΑ Tab. XXXIII. N. 26. ΤΙ pro ΤΙΒΕΡΙΟΥC & Tab. 43. N. 7. & 13. ΚΑΑΥ. pro ΚΑΑΥΔΙΟΥC.

(28) Bracci Comment. vol. 2. p. 92.

(29) Cap. 2. de Syllabis v. 46. pag. 1249.

era luogo da mettere anche due lettere, (come se volesse scalfarmi. (Vedi in grazia qual difensore abbia io ritrovato). Un solo argomento potrebbe rilevare a suo favore il Signor Ab. Bracci, e sarebbe l' inavvertenza degli Autori della Descrizione del Museo Tiepolo, ove i genitivi Greci in A del nome di Galba, ed altri gli spiegano in Latino per nominativi. Non con più felice successo fate il Grammatico, come l' Antiquario dicendo, che il nominativo della prima declinazione termina in A. Tutte quasi però le Medaglie di Galba hanno il nominativo in A. ΣΕΡΟΥ ΓΑΛΒΑ. (23). Servius Galba, così ancora nel celeberrimo Museo Cesareo (24) descritto dal chiar. Letterato Eckhel:

ΓΑΛΒΑ, ΑΥΤΟΚ. Imp. Galba.
ΣΕΡΟΥ ΓΑΛΒΑ. Servio Galba.
ΣΟΥΛΠΙ. ΓΑΛΒΑ. Sulpicio Galba.

Rarissimamente il nome di Galba termina in AC. come nel Museo Britannico (25). Dico ciò non solamente per difender me stesso, ma ancora gl' illustratori delle Medaglie, che ornano il Museo Tiepolo, i quali secondo il vostro costume ingiustamente, e ingiuriosamente accusate.

Nessuno ignora, perquanto sia mediocrementemente versato negli studi delle Antichità, che le Medaglie Imperiali Greche, e Latine hanno quasi sempre espressi nel nominativo i nomi di coloro ai quali spettano (26): Alcune volte sono scritti intieramente, ed alle volte colle prime lettere indicati; grandemente adunque sbaglia il Sig. Fea affermando, che simili abbreviature non soleano farsi nè presso i Greci, nè presso i Romani (27). Aggiunge inoltre, che nella gemma vi era luogo da mettere anche due lettere. Mancava del tutto certamente il luogo, ma se l' artefice avesse voluto dire Quinto figlio di Alessandro, come sogna lo stesso Sig. Fea, averebbe sicuramente scritto ΚΟΙΝΤΟC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΙΘΗC. Quinto Alessandro faceva come fece Eutiche nella gemma di Minerva ΕΥΤΥΧΗC ΔΙΟΚΟΥΡΙΑΟC Eutiche di Dioscoride (28).

Io non voglio che si giudichi essere io nemico di cedere alle altrui opinioni, se sono giuste: Imperocchè io approvo la sentenza di Terenzio (29).

Se alcune cose quì parranno a voi Sarò sì amante, che non dia ben tosto
Degne di correzione, io stoltamente Luogo alle cose rette, cancellando
Non offerò, nè degli scritti miei Quelle che degne sembreran di biasimo.

Per la qual cosa ho pregato i miei Amici, che mi dicessero sinceramente il loro parere intorno a tutta la mia opera. Ad alcuni di essi mi dichiaro debitore, perchè mi hanno assistito a tradurre in versi i Poeti Greci, e Latini, i quali mancano nella raccolta dell' edizione di Milano. A tutti questi io confesso essere molto tenuto, avendo contribuito a rendere più ornata, e perfetta la mia opera.

Una certa dovuta moderazione esige da me, che io non nomini quelli, che hanno fatto di me, e delle mie fatiche onorata memoria. Io non devo però tralasciare di parlare del Sommo Pontefice Pio Sesto, il quale perchè nato ad intraprendere, e condurre felicemente a perfezione regie ed inimmortali imprese, desidero di vivo cuore, che viva lunghi giorni, e felici a vantaggio, e decoro della Chiesa Cattolica. Avendo io umiliato al Sagro Trono il primo Volume della mia opera, fui onorato da una Lettera piena di umanità, e di affetto, che sempre più m' incoraggi a proseguire l' incominciato lavoro.

(23) Carol. Patin. Numif. p. 228. Vedi Musei Arrigoni Numismata Graeca Tav. VI.

(24) Eckhel Catalogus Musei Caesarei Vindobonensis. (25) Vol. 2. Tab. 4. N. I. p. 193.


(26) Vedi Theaur. Morelli Tav. XX. p. 576. N. I. II. III. IV. V. nelle Medaglie di Giulio Cesare. Vedi ancora Gesnero nelle Medaglie di M. Antonio Tav. XI. e XII. e di Augusto Tav. XVII. ec.

(27) Vedi Gesnero Numismata Regum Macedoniae

Tav. II. N. 6. ΦΙΑΠ invece di ΦΙΑΠΠΙΟΥ Tav. VI. Num. 17. ΑΥCΙΜΑΧ, invece di ΑΥCΙΜΑΧΟΥ, Gesnero Numism. Imperat. XXXI. N. 22. ΙΟΥ invece di ΙΟΥΑΙΑ Tav. XXXIII. N. 26. ΤΙ invece di ΤΙΒΕΡΙΟΥC e Tav. 43. n. 7. e 13. ΚΑΑΥ invece di ΚΑΑΥΔΙΟΥC &c.

(18) Bracci Comment. vol. 2. p. 92.

(19) Cap. 2. de Syllabis v. 46. pag. 1249.





LIV.

ADONIS.

COIMIOPIUS,

Onychi Incisum.

APUD PRINCIPEM DE LICHTESTEIN VINDOBONAE.




*Lar. Baro de Stofeb in Adonid. gemma satis loquitur de huius Artificis excellentia, peritissimusque Natterius in Fauni gemma (1). Stofeb haec verba sum. Hunc insculpendum (ideſt Adonidem) Onychi delegit Coinus (2) insignis Artifex; licet malo suo fato a Scriptoribus praetermissus, ideoque quo tempore vixerit, incertum sit (3). Apollonidis tamen (4) diligentiam imitatus videtur, cuius fortasse discipulus fuit, mirandamque corporis pulchritudinem in tam parva gemma feliciter expressit, ut Plinianum (5) illud dici possit: *In arcum coarcta rerum naturae maiestas*. Adoleſcens igitur ea aetate, qua ipsum Adonidem descripsit Theocritus (6):*

..... *Roseis brachiis Adonis*
Oſto & decem annos, vel novem & decem, ſponſus:
Nondum pungit oſculum in roſeis eius labris.

Corpore nudus est, ac sinistro cubito rotundae basi innicitur, apertaque fere manu inclinatam venabulum sustinet, in hanc partem paululum pectus inflectit, recedentibus illis, dexterum autem brachium anſatum fulcit inverſa ac curvata manu, applicata prominenti femori, quod ob candorem laudat Bion (7). Hinc, ut Philostrati verbis utar (8): *Tibiae ipsi bene firmae, & ad ferendum in cursu idoneae, cominus item initum certamen sustinentes, bonaeque in eo custodes*. Dextero pedi toto fere corpori incumbit, genuque sinistro leniter deflexo, extremis pedis digitis, elevata planta solum calcat, intentis oculis venaticum canem intuetur, qui vicissim herum suum respicit, venationis cupidissimus adoleſcens, quae illi tandem exitium attulit. Observatione dignum est, quod cum veteres Sculptores nullam fere proportionem fervarent inter homines & animalia, quae in eodem marmore effingebant, longe haec enim minora, quam cum proceritate hominum comparata

- (1) Natter *Traité des Pierres* &c. Tab. 22. p. 35.
 (2) Stofeb *Gem.* p. 30. in qua animadvertendum est clar. virum in exprimendo huius artificis nomine lapsum fuisse, quem Coinus pro Coivo scripserit.
 (3) Ego sane Hadriani Imp. tempeſtate illum floruisse existimarem.
 (4) Nimis periculosum Stofeb iudicium videtur, quum Apollonidis nullum profus supervit opus praeter Taurum huius generis, ex quo artificis stylum praesertim in hominibus efformandis dignosci non posse arbitror.
 (5) Plin. *Proem.* lib. 37.
 (6) Theocr. *Id.* 15. v. 128. Dicit etiam posset cum Aristarct. Adonis puellarum desiderium.
 (7) Bion in *Epiraph.* *Albu.* v. 6.
 (8) Philostr. *Imag.* in *Meleag.* *Icon.* XV. p. 327.



LIV.

ADONE.

OPERA DI COIMO,

Incisa in un Onice.

APPRESSO IL PRINCIPE DI LICHTESTEIN A VIENNA.



Erudito B. Stofch abbastanza ha parlato nella gemma di Adone di questo eccellente Artefice (1), ed il valentissimo Sig. Natter in quella del Fauno (2). Queste sono le parole di Stofch. *L'infigne Artefice Coimo a inciso in un Onice Adone, quantunque per suo fatal destino sia stato trascurato dagli Scrittori, e perciò è incerto in qual tempo sia vissuto (3). Contuttociò pare avere imitato la diligenza d' Apollonide (4), del quale forse era discepolo, ed egli a sì felicemente espresso la bellezza maravigliosa del corpo di Adone in una sì piccola gemma, che egregiamente gli s' adatta il passo di Plinio (5): La Maestà della natura delle cose è racchiusa in ristretto. E' dunque espresso Adone giovinetto in quell' età, che è dipinto da Teocrito (6).*

..... Adon lo Sposo

Quei ch' ha sì vaghe, e colorite braccia,

Che sembran esser d' incarnata rosa,

Appresso il Sig. Giacomo Merfen Patrizio di Middelburgo giovine pregiatissimo per il suo carattere amabilissimo, vidi un Cammeo scolpito in onice con eccellente maestria lavorato, rappresentante una testa di Medusa di faccia. Questa gemma è fregiata col nome abbreviato del celeberrimo Dioscoride, cioè ΔΙΟΣ in vece di ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΙΩΤ. Questo famoso nome è senza esitazione alcuna antico, come convergono i peritissimi Artefici Pikler. Le lettere di questo artefice benchè siano diligentemente formate, contuttociò nulla corrispondono a quelle di Dioscoride. Perciò se questo non fosse un altro Dioscoride, io giudicherei quelle lettere essere state fatte da qualche altro artefice antico per ingannare. Nè deve ciò recar maraviglia: imperocchè come noi sappiamo da Fedro Lib. V. fav. 1. ciò fu praticato ancora dagli antichi artefici.

*Sappi avverrà sol per cercarmi stima
E credito maggior, seguendo cervi
Fabri del secol nostro, i quai più largo
Traggon dell'opre lor prezzo, se'l nuovo
Marmo, e l'argento effigiato or ora,
Qual Prassitele nella base ba sculto,
Questo Miron.*

Aggiunger si può ciò, che dice Montfaucon nel Diario Italico pag. 191. *dei Cavalli di Greca scultura collocati sulla piazza del Palazzo Pontificio Quirinale, tenuti da due Eroi. Nella base si legge scolpito OPVS PITHIDAE. OPVS PRAXITELIS; cioè Opera di Fidia, Opera di Prassitele. E' invecchiata opinione essere le statue di Alessandro Magno. Mi siccome Fidia, e Prassitele sono vissuti avanti Alessandro Magno, queste statue o sono d'altri artefici, o pure non rappresentano Alessandro Magno. Ma è chiarissimo, che le iscrizioni di sopra mentovate siccome latine non possono esser state fatte nei tempi di Fidia, e di Prassitele, nè di Alessandro Magno; Ma dopo d'essere state trasportate a Roma, per una certa opinione, essere stati messi questi nomi. Del tempo che sono state incise, niente, o nulla mi viene in mente. Avanti che fosse nata la stampa, ci è uno Scrittore, che fa menzione di queste statue con le dette iscrizioni; Questi è uno Anonimo del XIII. Secolo, il quale secondo il suo solito spaccia, intorno a queste cose sciocchissime favole.*

Tutte le lodi che mai si possono immaginare per encomiare Dioscoride sono minori del di lui sublime merito per consenso universale di tutti quelli che bastantemente comprendono i di lui lavori. Per la qual cosa giustamente merita tra tutti gli artefici il Principato; Imperocchè tanta fu la sua maestria, e sì delicata, e singolar maniera di lavorare in sì piccole gemme le figure, e le teste, che nei suoi tempi l'arte d'incidere si vede essere arrivata al più sublime grado di eleganza, e perfezione.

D 2

AU-

(23) Mus. Meadiani p. 248.

(25) Description des Pierres &c. du B. de Stofch p. 339.

(24) Mus. loc. cit.

CAESAR AUGUSTUS.

DIOSCORIDIS OPUS.

Ametyllo incisum.

EX MUSEO STROZIANO ROMAE.

Postquam Bruto & Cassio caesis, nulla jam publica arma; Pompeius apud Siciliam oppressus; exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iuliani quidem partibus nisi Cæsar dux reliquus; posito Triumviri nomine, consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio jure contentum, ubi militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pellexit; insurgere paulatim, munia Senatus, Magistratum, legum in se trahere, nullo adversante; cum ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent: ceteri nobilium, quanto quis servitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac novis ex rebus aucti, tuta & præsentia, quam vetera & periculosa mallent (1). *Cæsar Octavianus Augustus Romanæ Reipublicæ supremum est assequutus imperium, non modo fortunæ manentis favore, sed & corruptis affectibus M. Tulli Ciceronis. Hic enim, ut M. Antonio adversaretur, adeo immo dicis laudibus inconsiderate illum extulit, ut omnem reverentiam, civiumque amorem hac turpissima assentatione ei conciliaverit, eaque ratione se patriamque suam in æternam involverit captivitatem (2). Verum Augustus, emundæ navis vir, non solum suorum fovebat amorem, verum etiam augebat perpetuis congiariis, ac donis (3), quæ omnem exuperant captum. Ea etiam ratione facillimum sibi fuit rerum potiri. Augustus prodiit Chamaleontis more induens varios colores, prout Iulianus acris ingenii Imperator (4) narravit, & ad universi regimen pervenit. Fuit ex crudelissimis Imperatoribus, ac præcipuus auctor horribilium caedum in percelebri proscriptione, quæ dedecore humanitatem assicit, & eo pervenit, ut vitam eriperet Romanæ eloquentiæ patri, qui scilicet ipsum inconsiderate ad principatum evexerat. Nec boni Principis specimen ullum dedit, nisi postquam in Cinna rebellem singulari clementia, omnibus admirantibus, de uxoris consilio usus est (5). Auctor doctarum adnotationum in tragoelian, cui titulus: Octave & le Jeune Pompée ou le Triumvirat, fortissimis argumentis probat in dubium vocandam esse narrationem de clementia ab Augusto erga Cinna habita (6). Imposterum ad mortem usque adeo laudabiliter se gessit, ut optima Sex. A. Victoris videatur de Augusto sententia (7):*

Uti-

(1) Sic ait Tacitus lib. 1. Annal. c. 2.

(2) Si quis Ciceronis animum noscere velit, adeat Appianum Alexandrinum in tertio Civilium Bellorum libro, ubi describitur Cicero, timidus, ambitiosus, simulator, crudelis. Ipse enim in causa fuit, cur Augustus peteret Consulatum, Senator adlegeretur, & cum Ircio, & Pansa in Marcum Antonium mitteretur, ex quibus principium habuit Augusti ad hæc adolescentis auctoritas, quæ cum in immensum excreveret, deinde fieri non potuit, ut quis eidem principatum affectandi obicere poveret. Haud equidem miror illis temporibus corruptissimis Cicero Patri Patriæ nomen ab assentatoribus fuisse inditum, cum & Felicis nomen Sillæ crudelissimo Romanorum, ut omnes sciunt, fuerit attributum. Verum stomachus movent profusissimæ laudes, quibus nonnulli ex recentibus scriptoribus Ciceronis animum prosequuntur. Sane si vix ullæ laudes satis sunt ad illius sententiam & eloquentiam extollendam, male tamen eadem occupantur in illius aucto commendando. Vide in hæc rem Dion. Cass. lib. 38.

& 39. sed præsertim lib. 46. Phalarum quoque de Fortuna Romanorum. Ipsa etiam Ciceronis opera, in quibus sanctæ Moralis semina sparguntur, quæ tamen perraro ipse sequutus est. Præterea vide Erasmus Gesualdo in lib. Oseruationi criticæ supra In Storia della Via Appia di D. Fr. M. Praticelli pluribus in locis, sed præcipue cap. 3. par. 4. pag. 426. & seq.

(3) Vide monumentum Ancy. p. 156. v. 2. editionis Burmanni, & Lipsium d. magist. Rom. lib. 2. c. 12.

(4) Jul. Imper. Cæsar. p. mibi 127.

(5) Dio. Cass. lib. 55.

(6) P. 167. ita inquit: Tacite, ni Suétone ne disent rien de cette aventure. Suétone qui parle de toutes les conspirations faites contre Auguste, n'aurait pas manqué de parler de la plus célèbre. La singularité d'un consulat donné à Cinna pour prix de la plus noire perfidie, n'aurait pas échappé à tous les historiens contemporains.

(7) Sex. A. Victoris epitome p. mibi 22.

LVII.

CESARE AUGUSTO.

OPERA DI DIOSCORIDE.

Incisa in Amatista.

NEL MUSEO STROZZI DI ROMA.

Dopochè furono uccisi Bruto, e Cassio (1), non vi erano più pubbliche guerre. Fu bastato Pompeo nella Sicilia, spogliato Lepido, ammazzato Antonio, non vi restò che Cesare Augusto capo del partito di Giulio Cesare. Questi avendo deposto il nome di Triumviro, si chiamò Console, e sotto specie di proteggere la plebe, contento della tribunizia potestà, dopo avere allestito con donativi la milizia, il popolo coll'abbondanza, tutti con la dolcezza della pace, cominciò a poco a poco a farsi grande, con tirare a se senza opposizione alcuna l'autorità del Senato, dei Magistrati, e delle Leggi; essendo morti a motivo della guerra, e delle proscrizioni i più fieri Cittadini di Roma; il restante dei nobili essendo inalzati alle ricchezze, ed agli onori, erano più preparati alla schiavitù, e desideravano piuttosto lo stato sicuro, e presente, che il passato, e pericoloso. Cesare Ottaviano Augusto deve riconoscere il supremo comando della Romana Republica non solo dalla fortuna, ma dalla sfrenata passione eziandio di M. Tullio Cicerone. Imperocchè questi per opporsi a Marc' Antonio suo nemico, inalzava con finisurate lodi Augusto, di maniera tale che con sì sfacciata maniera di adulazione conciliò a questo Principe tanto rispetto, e amore dei suoi cittadini, che precipitò se, e la sua patria in un eterna schiavitù (2). Ma Augusto, uomo accortissimo, non solo nutriva l'amore dei suoi cittadini, ma l'accresceva ancora con continui congiarii, e donativi (3), i quali superano ogni credenza: per questa ragione ancora gli fu facilissimo impadronirsi dell'impero di Roma. Augusto esì fuori, come scrisse l'acre ingegno dell'Imperator Giuliano, e pervenne al dominio univiale, vestendosi di varii colori all'uso del Camaleonte (4). Fu uno dei più crudeli Imperatori, e principale autore delle orribili stragi nella famosa proscrizione, le quali fanno disonore alla umanità, e arrivò a tal segno fino di far morire il Padre della Romana eloquenza, che l'aveva inconsideratamente inalzato al principato. Nè diede verun saggio di buon Principe, fe non dopo la singolare clemenza, con ammirazione di tutti esercitata per consiglio della sua moglie verso il suo ribelle Cinna (5). L'autore delle dotte note sopra la tragedia intitolata: *Octave, & le Jeune Pompée, ou le Triumvirat*, con fortissimi argomenti prova esser dubbiosa l'istoria della clemenza di Augusto usata verso Cinna (6). Da questo tempo si diportò così lodevolmente fino alla morte, che ottimo sembra il sentimento di Sesto Aur. Vittore (7): Dio volessè, che Augusto o non

(1) Tacit. Ann. lib. 1. c. 2.

(2) Se qualcheduno vuol conoscere il carattere di Cicerone, veggia Appiano Alessandrino nel terzo libro delle guerre Civili, ove descrive Cicerone: timido, ambizioso, finto, crudele. Per opra sua fu, che Augusto domandasse il Consolato, che fosse fatto Senatore, e che fosse ancora mandato con i Consoli Ircio e Panfa contro Marco Antonio, dalle quali cose principì la potenza di Augusto, benchè giovinetto, e crescendo a dismisura, non potette poi esserci alcuno che potesse a lui degli ostacoli per impadronirsi dell'impero. Non restò sorpreso, che in quei tempi corrotti fosse dato dagli adulatori a Cicerone il nome di *Padre della Patria*, quando il nome di *Felice*, come tutti fanno, fu attribuito a Silla il più crudele dei Romani. Ma movono la bile le smisurate lodi, che alcuni dei moderni Scrittori danno al carattere di Cicerone. Per verità sono appena sufficienti tutte le lodi ad encomiare la sua eloquenza, ed il suo sapere, ma non sono bene impiegate in commendare il suo animo. Vedi a que-

sto proposito Dione Cassio lib. 38. e 39. ma particolarmente il lib. 46. Plutarco nella *Fortuna dei Romani*; e le Opere istesse di Cicerone, nelle quali vi sono spariti i semi d'un ottima morale, ma però da lui raramente praticata. Inoltre vedi Erasmo Gesualdo nel libro *Osservazioni Critiche sopra la Storia della Via Appia di D. Fr. M. Prarilli* in più luoghi, ma principalmente nel c. 3. par. 4. p. 426. e seq. dove ha espresso il vero carattere di Cicerone.

(3) Vedi l'Inscrizione Ancirana nel vol. 2. di Svetonio dell'edizione di Burmanno p. 156. e Lipsio della grandezza di Roma lib. 2. c. 12.

(4) Jul. Imp. Caesares p. 127.

(5) Dione Cassio lib. 55.

(6) P. 167. nota 15. così dice: *Tacito ni Suetone ne disent rien de cette aventure. Suetone qui parle de toutes les conspirations faites contre Auguste, n'aurait pas manqué de parler de la plus célèbre. La singularité d'un consulat donné à Cinna pour prix de la plus noir perfidie, n'aurait pas échappé à tous les historiens contemporains.* (7) S. A. Victoris Epitome p. 22.

Utinam aut non nasceretur, aut non moreretur. Inter Augusti laudes vel haec principem obtinet locum, pacem adeo amasse, ut Jani templi clauderentur fores (8); nec non egregios viros, quos inter praecipue habiti sunt M. Agrippa, & Moecenas, impensissime coluisse, adeo quidem, ut in omnibus rebus morem illis gereret. Et Moecenatis praecipue consilio factum est, ut Augustus in deliciis habuerit Poetarum, Oratorum, Historicorum, aliorumque optimas artes colentium consuetudinem, & patrocinium singulisque dignam pro uniuscuiusque virtute rependeret mercedem. Quamobrem factum est, ut summorum virorum multitudo Romam conflueret, Romamque quasi virtutis sedem, domiciliumque praedicarent. Quae res tantam Augusto laudem conciliaverunt, tantam de Imperatore famam in posteros diffuderunt, ut Augusti aevum, aureum saeculum nominarent (9); Principisque vitia tantis obruta laudibus perpetuo obvolverentur silentio. Deinde appellatus fuit pater patriae, quam rei necibus omnino vastaverat, ac moritur quasi ab ipsis Romanis adoratus, quos in perpetuam servitutem redegerat.

Ad gemmam Augusti barbati impraesentiarum propius accedamus. Svetonius de Augusti venusta forma scribens (10), haec prodidit memoriae: Forma fuit eximia, & per omnes aetatis gradus venustissima, quamquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus tonforibus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam &c. Vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeo tranquillo, serenoque &c. Oculos habuit claros, & nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris, capillum leviter inflexum, & fusilavum, supercilia conjuncta, mediocres aures, nasum & a summo eminentiorem, & ab imo deductiorem. Sed Augusti imago, quae in hac nostra gemma expressa est, hoc tantum peculiare habet, quod crispa & incompta barba, os compositum apparet. Id in causa fuit Stofebio, ut illam in suo opere proferens, scripserit, Belli Aetiici tempore caelatum fuisse, nec non argenteum nummum (11) Augusti simili more barbati describit, addita epigraphe: CONSVL· ITERVM· ET· TERTIVM· DESIGNATVS· quod ad Annum, qui Aetiicum bellum praecessit, pertinet, in quo teste Tacito (12): Divus Augustus vultu, & aspectu Aetiicas legiones exterruit. Verum pace tanti viri cum Consulatus hic in XXXI. Annum ante Christi adventum incidit, opinioni huic subscribere prorsus non audeo, gemmamque hanc ad annum decimum J. Christi potius transferendam puto, postquam Quintilii Vari legiones a Germanis everse sunt, ex quo casu, auctore Svetonio (13), Augustus conslernatus fuit, ut per continuos menses, barba capilloque submisso, caput interdum foribus illideret, vociferans: Quintilii Vare redde legiones. Nec quidquam probabili huic sententiae detrabit, quod Augustus cladis hujus aevo in septuagesimo secundo aetatis anno constitutus, senili facie delineatus fuisset; nam quisquis rei antiquariae peritus ignorare non potest, nummos Augusti, & Tiberii, qui diutissime vixerunt, in extremo eorum vitae anno cufos, illos florenti facie exhibere. Id fortasse evenit assentatione quadam populorum, ne caducitatis, mortalitatisque admonerentur Principes viri, qui a Diis se devotos nimis credule gloriabantur, seu quia ab omnibus semper spreta feneatus est, ut discimus in sat. X. Juvenalis v. 190.

Sed quam continuis, & quantis longa feneatus
Plena malis, deformem, & tetrum ante omnia vultum
Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem,
Pendentemque genas.

AU-

(8) Svet. in Aug. vita c. 22. p. 248. ubi observatur Jani clausi templi munuscula.

(9) Virgil lib. 6 Aeu. v. 792.

Augustus Caesar, Divi genus aurea condet
Saecula, qui rursus Latio regnata per arva
Saturno quondam &c.

(10) Svet. in Aug. vita cap. 79.

(11) Stofeb Gen. p. 34. Alterum Augusti barbati nummum exhibet Gesnerus in collectione numism. Imper. T. 15. n. 43.

(12) Tacit. Ann. lib. 1. c. 42.

(13) Svet. in Aug. vita c. 23.

fosse nato, o non fosse mai morto. Tralle lodi di Augusto merita il primo luogo l'essere stato amante della pace, avendo perciò chiuse le porte del Tempio di Giano (8), coll' avere tenuto in grandissima considerazione gli uomini insigni, tra i quali i principali furono M. Agrippa, e Mecenate, talche si regolava in tutte le cose secondo i loro sentimenti. Per consiglio poi di Mecenate goderon la protezione, e l'amicizia di Augusto i Poeti, gli Oratori, gl' Istoric, e tutti i professori delle belle arti, che furono da lui ricompensati ciascuno secondo il suo merito. Per la qual cosa concorsero a Roma una gran moltitudine di uomini di gran merito, i quali la lodavano altamente come la sede e il domicilio della virtù. Le quali cose tanta lode conciliarono ad Augusto, e sparfero nei posteri tanta fama di questo Imperatore, che meritamente il suo regno fu chiamato l' aureo Secolo di Augusto (9), ed i vizi di questo Principe furono da tante lodi oscurati, ed in eterno obliò sepolti. Dipoi fu chiamato Padre della Patria, che avea del tutto defolata per tante uccisioni, e muore quasi adorato dagli stessi Romani, che avea ridotti in perpetua schiavitù.

Venghiamo adesso alla descrizione della nostra gemma di Augusto barbato. Svetonio scrivendo della leggiadra forma di Augusto, queste cose tramandò alla memoria dei posteri (10). *Fu d' eccellente bellezza, e in tutta l'età sua molto graziosa, quantunque trascurasse ogni ornamento, e fosse tanto negligente d' ornare la sua chioma, che velocemente s' applicava a molti barbieri insieme, ora si toglieva, ora si radeva la barba. O parlando, o tacendo mostrava un volto assai tranquillo e sereno. Ebbe gli occhi chiari, e risplendenti, nei quali voleva ancora, che si credesse esservi qualche cosa di divino vigore, i capelli leggermente piegati, ed alquanto biondi, le sopracciglia unite, l' orecchie mediocri, ed il naso al di sopra più eminente, ed a basso più sottile.* Ma l' immagine di Augusto, la quale è espressa nella nostra gemma, ha questo di particolare, che apparisce il suo volto composto d' una crespa, ed incolta barba. Per questo motivo Stosch riportando nella sua opera questa gemma (11), scrisse, essere stata incisa nei tempi della guerra Aziaca, e dipiù descrive una Medaglia d' argento di Augusto in simil guisa barbato con l' iscrizione: CONSUL. ITERUM. ET. TERTIUM. DESIGNATUS. cioè *Console per la seconda volta, e destinato per la terza volta*; lo che appartiene all' anno avanti della guerra di Azio, in cui secondo Tacito (12): *Il Divo Augusto col volto, e collo sguardo atterrì le Legioni Aziache.* Ma con buona grazia di sì gran letterato, essendo questo Consolato accaduto nel 31. Anno avanti la venuta di Cristo, io non posso adottar questa opinione, e credo doverci piuttosto trasportare questa gemma all' anno 10. di G. C. dopo la sconfitta data dai Germani alle legioni di Quintilio Varo, dalla qual disgrazia, al riferir di Svetonio (13), fu sì sensibilmente trafitto, che per più mesi di seguito portò la barba, con capelli dimessi, battendo la testa nelle porte, e gridando: *Quintilio Varo rendimi le legioni.* Nè toglie nulla a questo mio sentimento, che Augusto essendo nell' età di 72. anni nel tempo, che successe la sconfitta di Quintilio Varo, farebbe stato espresso con volto senile: Imperocchè ciascun perito delle Antichità sa, che le Medaglie di Augusto, e Tiberio, che vissero lungamente, battute nell' ultimo anno della lor vita, gli rappresentano come nell' età florida. Forse ciò è accaduto per l' adulazione dei popoli, acciocchè i Principi non fossero avvertiti della loro mortalità, come ch'è troppo credulamente si vanagloriavano di esser derivati dagli Dei, o perchè sempre fu da tutti dispreggiata la vecchiazza, come impariamo da Giovenale nella Satira 10. v. 190.

*Ma a chi l' infermità non son ben note
Gravi, e continue dell' età senile?
Disforme è il volto, e a se non più simile
Scabra la pelle, e pendule le gote,
Con la faccia rugosa.*

AU-

(8) Svetonio nella vita di Augusto c. 22. p. 248. dove si offerva la medaglia del tempio di Giano chiusa.

(9) *Cesare Augusto che dell' aurea etade
Ricadurrà nel Lazio, ove Saturno
Ebbe un di 'l Regno ec.*

Virg. Lib. En. v. 792.

(10) Svet. nella vita di Augusto c. 79.

(11) Stosch gemm. p. 34. Gesnero nella raccolta delle medaglie Imperiali alla Tav. 15. n. 43. riporta un'altra medaglia di Augusto barbato.

(12) Tacit. lib. 1. Ann. c. 42.

(13) Svet. nella Vita di Aug. c. 23.

CAESAR AUGUSTUS.
DIOSCORIDIS OPUS,

Granato incisum.

EX CIMILIERCHIO OLIM MARCH. DE MASSIMI ROMAE NUNC APUD
PRINCIPEM ARAUSIONIS (1).

Gemma haec Augustum, stella Dioscoridis nomini supposita, nobis exhibet. De hoc Principe alias satis; impraesentiarum quid stella haec portendat videndum. Mea quidem sententia artifex Dioscorides Augusti genealogiam ab Iulio Caesare Veneris filio incipientem exprimere signo illo videtur voluisse. Virgilius (2) enim:

Ecce Dionaei processit Caesaris astrum.

Ideo in Caesaris nummis astrum observatur. Et Plinius Historicus affirmat (3): Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romae, admodum faustus Divo Augusto iudicatus ab ipso: qui, incipiente eo, apparuit Iudis, quos faciebat Veneri Genitrici, non multo post obitum Patris Caesaris, in collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: his ipsis ludorum meorum diebus, sidus crinitum per septem dies in regione Caeli, quae sub septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque, & omnibus terris conspicuum fuit. Eo signo significari vulgus credidit, Caesaris animam inter Deorum immortalium Numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capitis ejus, quod mox in foro consecravimus, adiectum est. Haec ille in publicum, interiore gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci interpretatus est. Morelli vero sententiae (4) nullo pacto possim assentiri, qui cum Augusti nummum referat, in eoque stellam Principis mento subiectam declarare conetur, illam ad Apollinem referendam arbitrat. Ait enim: Passim in Cimeliis cernuntur hi nummi Caesaris Octaviani, qui caput eius exhibent, quale in hoc nummo cum astro; quod ad Apollinem referendum iudico, cuius numine plurimum gavissus semper est. Ad huius tabulae ornamentum asseram haec singulare numisma argenteum, quod in sua Nummorum veterum selectissima collectione possidebat eruditus Eques Anglus Ioannes Bourveri, quantum ad rem antiquariam nationis suae praestantissimum. Nunc autem illud penes Christophorum Harvei defuncti equitis heredem observatur. In hoc itaque numismate in antica parte visitur Tiberii caput epigraphae appositae: TI·CAESAR·DIVI·AVG·F·AVGVSTVS·IMP·VII·P·M. In aversa caput Augusti, cui stella imminet, & Octaviae, cui Luna superstat cum epigraphae: DIVVS·AVG·IMPP...OCTAVIA (5). (*)

MAE-

(1) Mariette *Traité des Pierres* pag. 333.

(2) Virg. *Ecl.* 9. v. 47. & Horat. *Ode* 12. Lib. 1.

. micat inter omnes
Iulium sidus velut inter ignes
Luna minores.

(3) *Phi.* Lib. 2. cap. 25. Vide *Suet.* in *Iulio* c. 88.

(4) Morelli *Thes. Numism.* pag. 216.

(5) Per simile huic Numisma dono datum fuit Francisco I. Imp. Magno Esvariae Duci III. Iustus desiderique nostri ingenti Cause, a Du Val clarissimo extincti Principis Bibliothecario. Alterum extat in *Catalogo Numism. praefatus Musci Lesrogani* pag. 47. (*) *Tab. I. N. I.*

LVIII.

CESARE AUGUSTO.

OPERA DI DIOSCORIDE,

Incisa in un Granato.

NEL MUSEO DEL MARCHESE MASSIMI DI ROMA, ORA DEL
PRINCIPE D'ORANGES (1).

Questa gemma ci rappresenta Augusto con una stella col nome sotto di Dioscoride. Già abbiamo parlato abbastanza di questo Principe: ora non ci resta da spiegare, che la stella. Nel collocare l'artefice questa stella nella gemma non ha avuto altro oggetto, secondo me, che di volerci dimostrare l'origine di Augusto proveniente da Giulio Cesare; imperocchè Virgilio dice (2).

..... Ecco'l Dioneo

Astro di Cesar, che nel Cielo apparve.

Perciò nelle Medaglie di Cesare si osserva la stella, e Plinio Istoric (3) afferma, che la Cometa in nessuno altro luogo del mondo è venerata, che nel tempio di Roma, giudicata dall'istesso Divo Augusto a se molto propizia, la quale nel principio del suo impero comparve nei giochi, che faceva in onore di Venere Genitrice, non molto dopo la morte di Cesare suo Padre nel Collegio instituito da lui. Imperocchè ne dimostrò l'allegrezza con queste parole: In quest' istessi giorni, che si celebravano i miei spettacoli, fu veduto per lo spazio di sette giorni, una stella crinita, nella regione del Cielo, posta sotto il Settentrione. Questa si levava intorno all'undecima ora del giorno, e fu lucida, e visibile per tutta la terra. Il volgo credette, che questa stella significasse, che l'anima di Cesare fosse stata ricevuta fra gli Dei immortali, per cui fu aggiunto quest'astro alla testa della di lui Statua, che dopo consacrammo nel Foro. Queste cose Augusto volle pubblicare, e con un interna contentezza interpretò, che quella Cometa fosse nata per lui. Non posso approvare il sentimento di Morelli (4), il quale riporta una Medaglia di Augusto con una stella sotto il mento, giudicando quest'astro appartenere ad Apollo. Ei dice: Nei Musei si veggono da per tutto Medaglie di Cesare Ottaviano, le quali rappresentano la di lui testa, come in questa Medaglia con la stella, la quale io giudico riferirsi ad Apollo, della qual Deità sempre questo Imperatore si compiacque moltissimo. Per ornato di questa tavola riporterò un singolarissimo Medaglione d'argento, il quale possiede ora nella sua sceltissima raccolta di Medaglie l'erudito Sig. Gio. Bouveri Cav. Inglese di onorata memoria, grandissimo conoscitore delle antichità fra la Nazione Inglese. Presentemente si conserva appresso il Sig. Cristoforo Harvei, Erede del defunto Cavaliere. In questa Medaglia adunque si vede nel diritto la Testa di Tiberio con l'iscrizione TI · CAESAR · DIVI · AVG · F · AVGVSTVS · IMP · VII · P · M · ; cioè Tiberio Cesare Augusto figlio del Divo Augusto Imperatore per la settima volta, e Pontefice Massimo. Nel rovescio la Testa di Augusto, sopra della quale una stella, e di Ottavia con la leggenda: DIVVS AVG · IMPP · OCTAVIA, cioè: il Divo Augusto Imperatore, e Octavia (5) (*).

Tom. II.

E

ME-

(1) Mariette *Traité des Pierres* p. 333.(2) Virgil. nell'Egloga 9. v. 47. e Orazio nel lib. 1. Od. 12. dice: *Risplende tra tutti gli splendori l'Astro di Giulio, come la Luna tra le minori Stelle.*

(3) Plin. Lib. 2. cap. 25. Vedi Svet. nella Vita di Giul. Ces. cap. 88.

(4) Morelli *Thef. Numif.* p. 216.

(5) Una consimile Medaglia sò che fu regalata a S. M. C. di gloriosa, ed eterna memoria, da Du Val degnissimo Bibliotecario del medesimo Principe. Un'altra simil' Medaglia è nel Catalogo del pregiato Museo del Sig. Le Froy p. 47. (*) Tav. I. N. I.

LIX.

M A E C E N A S.
D I O S C O R I D I S O P U S,

Ametysto incisum.

EX MUSEO REGIS GALLIARUM.

Tanta Maecenatis in eruditos viros liberalitas, & amor fuit, ut ii omnes, qui doctos fovent viros, ὀγκύασις Maecenates appellemur. Si statos dicendi fines transgredi liceret, plurima de tanto viro in medium proferrem, quae praeeccelsum illius animum indicarent, praesertim quum mirari non desinam, literatos homines plenam, rectamque vitae hominis inter illustriores Romanos recensendi narrationem haecenus neglexisse (1).

Unum illud haec praeterire nefas, Maecenatem inter Augusti aulicos principem obtinuisse locum, eundemque in causa fuisse, ut Imperator aenea crudelis, postea orbis deliciae extiterit. Quum enim pro ea, qua pollebat, prudentia cognovisset Augustum, non modo non bene audire, verum & odio haberi ob vispellem & crudelem illius animum, studuit Maecenas Augusto suadere, ut non faveret solum, sed etiam foveret omnes illos, qui quacunq; in re praestarent. Quo consilio effecit, ut plures summi-que viri, munificencia Imperatoris illecti, vel eloquentia, vel carminibus, vel pictura, vel sculptura, vel quocunq; alio modo in eam grati animi edereat argumenta, eiusdemque probitatem, illustresque animi dotes laudibus eferendo innumeris aeternitati mandarent monumentis; adeo quidem ut aenea saecula rediisse, jactitarent; ex quibus & illud factum est, ut vulgus tantis laudibus vel delinitum, vel captum de Imperatore bona cogitaret, veteremque exuendo animum servitutis, crudelitatisque oblitum, Augustum jummopere diligeret: Augusti nominis hostes tali modo exarmavit Aulicus prudentissimus (2). Tali modo literatorum, populi que sibi conciliavit amorem, ut publica in theatro omnes ediderint signa laetitiae (3), cum ille ad spectandum accederet. Post mortem etiam a misera ambitione alienum vixisse apparuit; nam teste Seneca pronunciavit (4):

Nec tumulum curo; sepeliet natura relictos.

Perillustres aerei saeculi Poetae huius Herois laudes certatim cecinere. M. Annaeum Lucanum (5) dumtaxat hic referam.

O decus, & toto merito venerabilis aevo,
Pierii tutela chori, quo Praefide tuti
Non unquam Vates inopi timere fenestae.

Quod

(1) Meibomius, Cennius, & Richerius Maecenatis historiam parum feliciter scripserunt. Consule potius eruditam elegantemque Ab. Soucbay de Mecenate dissertationem in lib. *Memoir. des Inscriptions*. vol. 19. pag. 125.

(2) Ut noscas, quis Maecenas fuerit, lege mirabilem illius orationem a Dione relatam lib. 52. pag. 464. in qua talia Augusto consilio suppeditat, ut mereantur in omnium minorum mentibus insculpi, qui Principi suo subditorum amorem & gloriam conciliare gestiant.

(3) Horat. Od. 20 Lib. 1.

(4) Seneca Epist. 52. pag. 588.

(5) P. Virg. appendix M. An. Lucani ad Calp. Pisonem pag. 1591. v. 231. In Anthologia veterum Latavorum Epigrammatum cura Petri Burmanni, incerti auctoris de Maecenate reperitur epigramma pag. 284.

Sit tamen hoc fati, vixi te, Caesar, amico:
Et morior dixit, dum moriorque fati.

LIX.

M E C E N A T E .
O P E R A D I D I O S C O R I D E ,

Incisa in una Amatista.

DEL MUSEO DEL RE DI FRANCIA.

TAle e sì grande è stata la liberalità, e l'amore di Mecenate verso i letterati, che da tutti quelli, i quali proteggono gli uomini dotti, per denominazione sono chiamati Mecenate. Se mi fosse permesso trasgredire i limiti delle mie spiegazioni, avrei desiderato di dir molte cose di quest'Eroe, le quali manifestassero l'animo suo sublime, particolarmente che non si può che maravigliarsi, che i letterati abbino fin ad ora trascurato di darci un'esatta, e completa istoria della vita di un Personaggio tra i più illustri Romani. (1)

Dirò solamente, che Mecenate ottenne il primo luogo tra i Ministri di Augusto, ed essere stato la cagione di render questo Imperatore per l'avanti crudele, le delizie del suo popolo; imperocchè conoscendo con la sua prudenza, della quale era somamente dotato, che Augusto non solamente non era amato, ma in odio per l'animo suo finto, e crudele, procurò Mecenate di persuadere ad Augusto non tanto di favorire, ma ancora di proteggere tutti quelli, che fossero uomini in ogni genere valenti. Con questo consiglio fece sì, che tanti Uomini insigni nell'eloquenza, nella poesia, nelle belle arti, e in qualunque altra cosa, allertati dalla munificenza dell'Imperatore, manifestassero sicuri argomenti di gratitudine, inalzando con infinite lodi, e con eterni monumenti testificando la di lui bontà, e le illustri doti dell'animo suo; dimaniera, che divulgarono essere ritornato il secolo d'Oro. Da tutto ciò ne derivò, che il volgo placato, e commosso da tante lodi, e da tanta virtù inalzata con sommi encomii, avesse in stima il suo Principe, si spogliasse dell'antico odio, si dimenticasse della schiavitù, e della crudeltà, ed amasse grandemente Augusto. In questa guisa il più famoso tra i Ministri Mecenate disarmò i nemici del nome di Augusto (2). Con tali singolari virtù meritò l'amore dei letterati, e del popolo tutto, il quale ne dette pubbliche, e giulive dimostrazioni di applauso nel comparir che fece nel Teatro (3). Dimostrò ancora dopo la morte di essere alieno dalla misera ambizione; imperocchè disse secondo Seneca (4):

Ne mi cal del sepolcro; la Natura

Gli abbandonati seppellisce.

I più illustri Poeti dell'aureo secolo han cantato a gara le lodi di questo Eroe. Riferirò solamente alcuni versi di Lucano (5).

Tu che tutela del Pierio Coro

Sei degno dell'onor di un Mondo intero;

Per cui favor giammai temero i vati

Una vecchiezza di soccorso priva.

E 2

De-

(1) Meibomio, Cenni, e Richer non hanno felicemente trattato questo soggetto della vita di Mecenate. Vedi piuttosto l'erudita, ed elegante dissertazione dell'Abate Souchay sopra Mecenate nel Vol. 19 p. 125. delle Mem. delle Iscr., e Belle Lettere

(2) Per conoscer chi fosse Mecenate, leggi il mirabile discorso di lui riportato da Dione Cassio lib. 5. pag. 464. nel quale dà tali consigli ad Augusto, che meriterebbero di essere scolpiti nelle menti di ciascun Ministro, che voglia procurare al suo Principe l'amore dei suoi sudditi, e la gloria.

(3) Orazio Od. 20. l. 1.

(4) Seneca Epist. 52. pag. 588.

(5) Publ. Virgil. appendix M. An. Lucani ad Calpurnium Pisonem pag. 1591. v. 231. Nell'Anthologia Veterum Latinorum Epigrammatum cura Petri Burmanni, si trova un epigramma d'incerto autore sopra Mecenate.

Ciò pur bastante sia, Cesare invitto,

A te già visti molto tempo amico;

E nuovo, disse, e mentre nuovo, basta.

Quod si quis nostris precibus locus, & mea vota
 Si mentem subire tuam, memorabilis olim
 Tu mihi Maecenas tereti contabere verfu .

Verum ad gemmam deveniamus . In Mus. Flor. duae extant gemmae , de quibus haec Gorius (6) : In gemma II. & III. quae sequitur in eadem tabula , Marcum Tullium Ciceronem Romanae eloquentiae parentem omni aevo clarissimum referri facile credam , quod hi vultus maxime convenient cum protoma marmorea apud Fulvium Urfinum Tab. CXLV. & cum gemma nobilissima a Diofcoride sculptorum praestantissimo incisa T. XXVII. apud Cl. Philippum de Stofch, in qua , ut ipse auctor mihi dicebat , non Maecenatis , sed eiusdem Ciceronis effigiem exhiberi multis rationum momentis ostendit in secundis curis ad gemmas antiquas caelatas sculptorum nominibus insignitas , quas edidit , qui etiam huic longe simillimam aliam marmoream protomam observare fecit in vestibulo Regii Musei Medicei .

Si veritati honor mihi habendus , fieri non potest , ut pro certo statuam , effigiem istam Maecenatis esse ; nemo vero argumentis evincere poterit Ciceronem exprimere . Quanta igitur opinionum discrepantia sit in determinando , cuius sit effigies haec , modo videndum est ; nam Stofch (7) primum Maecenatis , deinde Ciceronis imaginem praeseferre affirmavit . Ut vera fatear , nullam profecto rationem habemus affirmandi hunc esse Maecenatis creditum vultum . Nullum aequae est momentum , ex quo certo effigies haec Ciceroni possit assignari ; nam in Museo Florentino , Capitolino , & Musaeo , celeberrimi huius Oratoris protomae , & statua in Conservatorum palatio , inter se dissimillimae a nostris sunt , & toto coelo a nostra differunt gemma . Quibus fundamentis antiquarii omnes ad firmandam eorum sententiam , esse illum Ciceronem , hunc Maecenatem , commoti fuerint , profecto ignoro , quam de his Heroibus nullum numisma , nullum aliud monumentum cum antiqua inscriptione supersit . Graecum enim Ciceronis numisma in Farnesiano Museo a P. Pedrusi relatum vol. 8. ad Ciceronem tuto non attinet ; nam in illo caput juvenile observatur , & si etiam attineret , attamen cum nostra gemma non conveniret . Nomen Ciceronis in protoma Musaeiana a peritis rerum antiquarum appositum putatur . Quod ad Maecenatis imaginem spectat , scimus ex Plinio hist. lib. 7. cap. 51. , Maecenatem perpetua febris laboravisse , & supremo vitae suae triennio nullo horae momento illi contigit somnus . Ex Plinii igitur verbis non pingui vultu , ut in nostra gemma est , debebat apparere , sed macie confecto , vel saltem tenui . In hanc rem ego elegans referam fragmentum picturae veteris in pariete factae , Romae Anno MDCCXXXVII. inter palatii Caesaris Augusti rudera , ubi nunc sunt Horti Farnesiani , in Monte Palatino repertum , in quo sex figurae arte exquisita , & nitidis coloribus sunt expressae , quarum una exhibetur Augustus capite laureato ipse sedens , & coronam alicui (cuius imago est abrupta) protendens ; ceteri aulici adstantes , inter quos Maecenas toga caerulea indutus , & prope eum M. Agrippa humero eius dextram imponens , prout harum imaginum cum nummis , eorumque gemmis similitudo ostendit (8) (). De hac pictura mihi invisâ , Horatii Londinensis explicationi accedo ; tantum dicam , quod Augusti vultus eius nummis simillimus est , nil Agrippae vultus cum eius nummis , nil Maecenatis vultus cum gemmis huic Heroi tribuitis .*

DIO-

(6) Gori Mus. Flor. Vol. 1. T. 41. pag. 88.

(7) Stofch T. 27. pag. 34.

(8) Sic inquit in hoc picturae antiquae fragmento ex Museo olim exiit viri Doctoris Mead Angli. Si vero in abenae tabulae,

quam exhibemus , lineamentis vitium aliquod reperitur , veluti brachium Augusti oblongum , videntes monitos volumus , nos ex ectypo Angliae insculpto in Vol. 1. Horatii Londinensis in 8. admissum illam expressisse . (*) Tab. II. N. II.

*Che se le nostre preci, e' voti miei
 Degni di giunger sono alla tua mente,
 Mio Mecenate con studiati versi
 Alla memoria de' Nipoti un giorno
 Raccomandato, e celebre sarai.*

Ma venghiamo alla spiegazione della nostra gemma. Nel Museo Fiorentino vi sono due gemme, delle quali così Gori (6) ragiona: *Nella 2. e 3. gemma, la quale seguita nella medesima tavola, crederei facilmente rappresentarsi M. Tullio Cicerone padre della Romana eloquenza, chiarissimo per tutti i secoli, perchè questi volti egregiamente convengono col busto di marmo appresso Fulvio Orsini T. CXLVI., e con la celebre gemma, incisa dal prestantissimo tra gl' incisori Dioscoride, pubblicata da Stofch alla T. XXVII. nella quale, come l' istesso autore mi diceva, non si rappresenta l' effigie di Mecenate, ma del medesimo Cicerone, e che lo dimostrerebbe con validi argomeni nel secondo tomo delle gemme antiche incise insignite col nome degli Artefici, che egli pubblicò; il quale ancora mi fece osservare un altro a questo somigliantissimo busto di marmo nel Regio Vestibulo del Museo Mediceo.*

Io però, che mi proposi di seguirare le sole tracce del vero, non posso certamente affermare, che questa sia l' effigie di Mecenate; e nessuno parimente potrà giammai convincere con argomenti, che rappresenti Cicerone. Vediamo adesso quanta discrepanza di opinioni sia nel determinare cosa rappresenti questa effigie. Imperocchè Stofch (7) affermò prima essere l' immagine di Mecenate, poi quella di Cicerone. Ma per confessare la verità, nessuna ragione abbiamo certamente di affermare questo essere il volto creduto di Mecenate, e nessuno argomento similmente può addursi, col quale si possa stabilire sicuramente esser questa l' effigie di Cicerone; imperocchè i busti di questo famosissimo Oratore, esistenti nel Museo Fiorentino, e Capitolino, e nel palazzo Mattei, e la Statua nel palazzo dei Conservatori di Roma, sono tra di loro del tutto diversissimi, e differiscono totalmente dalla nostra gemma. Io non sò certamente con quali fondamenti tutti gli Antiquarii per stabilire la loro opinione, dicano esser quello Cicerone, questo Mecenate; quando di questi Eroi non ci resta nessuna medaglia, nè altro monumento con l' antica iscrizione; Imperocchè la Medaglia greca di Cicerone riferita dal Padre Pedrusi nel Museo Farnesiano vol. 8. non appartiene sicuramente a Cicerone, perchè si osserva in quella una testa giovanile; ed ancorchè potesse appartenere, contuttociò non converrebbe con la nostra gemma. Il nome di Cicerone inciso nel busto del Museo Mattei da tutti gl' intendenti non è riputato per antico. Per quello poi che spetta a Mecenate sappiamo da Plinio nel Lib. 7. cap. 51., che era travagliato da una continua febbre, e negli ultimi tre anni della sua vita, non poteva godere un ora di sonno. Da queste parole di Plinio con tali incomodi sofferti non doveva comparire con volto pingue, come è appunto nella nostra gemma, ma con volto macilente, ed estenuato. Io a questo proposito riporterò un elegantissimo frammento di pittura fatta nel muro, e ritrovato nel Monte Palatino a Roma nel 1727. nelle rovine del palazzo di Cesare Augusto, ove sono gli Orti Farnesiani, nel quale vi sono espresse sei figure lavorate con gran maestria, e con vivi colori, delle quali una è Augusto con testa laureata, che col braccio sinistro stesso porge la corona ad alcuno, (la di cui figura è consumata); le altre figure sono togate, e con la testa nuda, tra i quali Mecenate vestito con toga cerulea, dietro a lui Marco Agrippa, che pone la destra sopra la di lui spalla, siccome la somiglianza di questi volti confronta con le loro gemme, e medaglie (8) (*). Dell' eccellenza di questa pittura da me non veduta, mi rimetto alla spiegazione dell' Orazio di Londra. Dirò soltanto, che il volto di Augusto è somigliantissimo alle di lui medaglie, ma niente quello di Marco Agrippa s' assomiglia alle di lui medaglie, e niente il volto di Mecenate con le gemme credute di questo Eroe.

DIO-

(6) Gori Mus. Flor. vol. 1. T. 41. p. 88.

(7) Stofch gem. T. 27. p. 34.

(8) Così dice in questo frammento di antica pittura che ornava il famoso Museo del celebre Dottore Mead Inglese. Avvertiamo però il lettore, che se trova qualche di-

fetto nel rame, che pubblichiamo, come per esempio il braccio troppo lungo di Augusto, noi l' abbiamo fedelmente copiato dal rame inciso nel primo volume dell' Orazio di Londra.

(*) Tav. II. N. II.

P E R S E U S.
DIOSCORIDIS OPUS,

Ametbysto incisum.

EX THESAURO OLIM FARNESIANO PARMAE. NUNC
REG. UTR. SICILIAE.

Quoniam plurima de Gorgonibus solida eruditione cumulaverit Clar. Abb. Massieu (1) in dissertatione, quam de eisdem edidit; nos in hac tabula explicanda eius doctis, ac prudentibus animadversionibus utemur. Praefatus auctor ex scriptorum innumeris locis putat Gorgonas (inter quas praecipua Medusa) fuisse Heroínas, vel animalia sylvestria & ferocia, vel equas, vel puellas industres, vel pulchritudinis miracula, vel turpitudinis monstra, vel effroenatas meretrices, vel demum sapientiae prototypa, adeo quidem ut inter illustrium foeminarum numerum fuerint relatae.

Ex historicis plurimi in Lybia Gorgonas habitasse scripserunt, nonnulli in Orcadibus Insulis. Poetae vero tot tantisque ambagibus Gorgonum historiam implicuerunt, ut jure merito doctissimus Clerc dixerit (2): Ex omnibus eius ambagibus expedire nos non posse videmur sine filo quopiam Ariadnes. Nos autem Ovidium sequuti tres Gorgonas statuimus Phorci filias, Sthenonen, Euryalen, Medusamque, quae adeo pulchritudine capillisque praesertim excelluit (3), ut amantium turbam excitaverit, ut sibi quisque in matrimonio junctam optaret. Maris Deus Neptunus adeo ex illius venustatis aspectu tactus est, ut in Minervae templo amorem suum prodere non erubuerit. Quae hoc factum adversata, & castos aegide vultus texit, & Medusae capillos, quibus praecipue superbiebat, serpentes ita horribilos fecit, ut quisque illos aspiceret in petram verteretur (4). Perseus quum animadvertisset Medusam una cum colubris omnibus somnum dormire, illius caput abscidit (5). Quo quidem Phineum, univrsamque illius exercitum in petras convertit (6).

Huc in gemma Perseus pulchritudine insigni, quae profundae juncta est moestitiae, exprimitur.
Proprium scutum thoraci immixtum summo animi dolore aspicit, in quo Medusae caput undique serpenti-
bus circumdatum horridumque, ac juxta galeam hasta est inversa. Quid vero peritissimus artifex ex-
pri-

(1) *Memoir. de Lit. des Inscrip.* Tom. 4. p. 70. & seq.
Consulte Clar. Fourmont Hist. des Inscrip. Tom. 4. p. 351.
doctam dissertationem de Gorgonibus.

(2) *Loc. cit. memoir. pag. 115, in notis in Hesiodum.*

(3) *Ovid. Metam. lib. 4. v. 794.*

Clarissima forma
Multorumque fuit spes invidiosa procorum
Illa nec in tota conspectior ulla capillis
Pars fuit.

(4) *Ovid. l. c. v. 798.*

Hanc pelagi rector templo vitasse Minervae
Dicitur. Aversa est, & castos aegide vultus

Nata Jovis texit: Neve hoc impune fuisset.

Gorgoneum Crinem turpes mutavit in hydros.

Nunc quoque, ut atronitos formidine terreat hostes,

Peatore in adverso, quos fecit, sustinet angues.

(5) *Ovid. l. c. v. 784.*

Dumque gravis somnus colubros, ipsamque tenebat,
Eripuisse caput collo.

(6) *Eleganter in 4. & 5. lib. Met. Ovid. haec fabulam de-
scribit &c. vide etiam Boccaccio Geneal. Deor. l. 12. p. 196.*

LX.

P E R S E O.

OPERA DI DIOSCORIDE,

Incisa in Amatista.

DEL FU MUSEO FARNESIANO. ORA DEL RE
DELLE DUE SICILIE.

A Vendo il Chiarissimo Abate Maffieu (1) in una dissertazione con solida erudizione trattato questo argomento delle Gorgoni, noi nella spiegazione di questa tavola ci prevarremo delle di lui dotte, e giudiziose osservazioni. Questo diligentissimo Autore, giudica da moltissimi luoghi degli Scrittori essere state le Gorgoni, (tra le quali Medusa è la principale) Eroine, o animali selvaggi, e feroci, o delle cavalle, o ragazze industriose, o prodigii di bellezza, o mostri bruttissimi, o sferenate meretrici, o finalmente modelli di faviezza, di maniera tale che hanno meritato d'essere collocate nel numero delle Donne illustri.

Molti degl'istorici hanno situate le Gorgoni nella Libia, alcuni nelle Isole Orcadi: I Poeti poi di tali, e tante oscurità hanno involta la istoria delle Gorgoni, che con gran ragione, e meritamente disse il dottissimo Clerc (2): *Noi non ci possiamo sviluppare da tanti intrighi senza qualche filo di Arianna*. Noi abbiamo seguitato Ovidio, e diremo esser tre le Gorgoni figlie di Forco, Stenone, Euriale, e Medusa, la quale era sì famosa per la sua sorprendente bellezza, e principalmente per i capelli, che eccitava la turba degl' innamorati a desiderarla ciascuno per isposa (3). Il Dio del Mare Nettuno fù a tal segno colpito dalla di lei bellezza, che non si vergognò di manifestare il suo amore nel tempio di Minerva, la quale sdegnata di questa azione, coprì il suo casto volto coll' Egida, e fece trasformare i bellissimi capelli di Medusa, della quale ella ne andava fastosa, in orribili serpenti, acciòchè chi la mirasse fosse convertito in pietra (4). Perseo avendo osservato che Medusa insieme con tutti i serpenti erano nel profondo sonno immerfi, le recise la testa dal busto (5), colla quale petrificò Fineo, e tutto il suo esercito (6).

Perseo è in questa gemma espresso d'una bellezza singolare accompagnata da una profonda mestizia. Rimira col più vivo dolore dell'animo uno scudo appoggiato ad un torace, nel quale è la testa di Medusa orrida per li serpenti che da per tutto la circondano, e presso ad un morione è un asta voltata. Cosa abbia voluto esprimere il valentissimo artefice nell' incidere Per-

seo

(1) Memoir des Litt. des Inscrip. Tom. 4. p. 70. e seq. Vedi il Chiar. Fourmont in una sua dotta dissertazione sopra le Gorgoni nel Tom. 4. della Istoria delle Iscriz. p. 351.

(2) Loc. cit. Memoir. p. 115. nelle note ad Esiodo.

(3) Ovidio Metam. lib. 4. v. 794.

*Sappi che sù Medusa sì formosa,
Che a molti Amanti d'esser moglie diede
Desiderio, e speranza invidiosa,
Ed in lei tutta dalla cima al piede
De' i capelli non avea parte più bella,
Così ebbi da color che vider quella.*

(4) Ovid. l. c. v. 798.

*Nel tempio di Minerva il Re Marino
Nelle sue braccia ignuda la raccoglie.
Per non veder quel mal l'offeso Numo*

Lo scudo appose a lo sdegnato lume.

Poi per punir d'un atto sì lascivo

Colui, ch'errò nel suo pudico tempio,

L'illustre erin del suo splendor s'è privo,

Perchè ella fosse all'altre eterno esumpio.

Dì l'alma al suo capello, e selto vivo,

Fe d'ogni crine un serpe orrendo, & empio;

E i begli occhi, onde Amor già scoccò l'armi

Volte, che i corpi altrui facesser marui.

(5) Ovidio l. c. v. 784.

E mentre grave fanno lei premea

E i serpi, tronchè il capo aver dal collo:

(6) Ovidio descrive elegantemente questa favola nel 4. e 5. lib. delle metam. Vedi ancora Boccaccio Genealog. lib. 12. p. 196.

primere studuerit, quum Perseum moerenti aspectu Medusam contemplantem sculpsit, Oedipo explicandum relinquerem, nisi animum subisset cogitatio, scalptorem significare voluisse dolorem, quo Perseus correptus est ob necem tam venustae mulieris, cuius pulchritudinem contemplatur.

Quod vero ad Persei statuam aliqua in parte restauratam (*), quam publicam facimus, spectat, diligentis scalptoris opus est; illius statur militis demonstrat virtutem, ob Medusae abscissum caput forma praestantissimum, quod manu sinistra tenet, populi spectaculo expositum, illud veluti suae victoriae trophaeum intuentis, prout Pausaniae egregie consonat sententia (7), quum de Medusa sermonem habens, haec ait: Phorci eam filiam fuisse: patre mortuo, acceptum ab illo regnum eorum populorum, qui Tritonidem paludem accolunt, tenuisse: solitam in venationes, & pugnas exire cum Afrorum, quibus imperabat, manu. Quare cum Persei copiis, quas ille lectissimas ex Peloponneso adduxerat, acie occurrisset, noctu per insidias oppressam. Mortuae pulchritudinem admiratum Perseum, praecisum caput, ut spectaculo esset in Graeciam reportasse. Fieri profecto potest hunc sagacem sculptorem Pausaniae historiam in Perseo scalpendo prae oculis habuisse, dum Perseus Medusae caput tenens aspicitur, tamquam suae victoriae monumentum.

Cum Perseo, quem exhibuimus, quamdam similitudinem habet statua Persei a Celebrissimo Benvenuto Cellini elaborata. Is tamen Persei pedibus alas addidit, prout a Pausania describitur lib. 3. c. 17. In Clar. de Wilde & Zanetti Museis duae habentur gemmae, in quibus Perseus sinistra tenet mirae pulchritudinis Medusae caput.

DIO-

(*) Tab. III.

(7) Paus. lib. 2. c. 21. pag. 139. consule fis Diodor. Sic. lib. 3. c. 4. p. 223. de Medusa a Perseo victa.

feo con sì mesto aspetto contemplando Medusa, lascerei di spiegarlo agli indovini, se non mi venisse in mente aver l'incisore voluto significare il dolore, col quale Perseo fù penetrato per la morte di una sì vezzosa incantatrice, di cui contempla la bellezza.

edito magnificentissimo aedilitatis munere (23), flagrantibus plebis studiis, intra iuventam, vicelimo nempe aetatis anno (24) celeri fato deceffit Baiis (25). Elatum funere publico, laudatumque pro more, Augustus in sepulchrum ab eo factum in campo Martio condidit (26). Theatrum antea coeptum a Caesare, memoria nominis eius honestavit; iussitque, ut ludis Romanis eius effigies aurea, aureaque corona, & fella curulis in Theatrum inferretur, mediaque inter praefectos his ludis magistratus collocaretur (27). Inter egregia eius opera memoratur Daedylitheca, quam in Aede Apollinis Palatini (28) consecravit (29).

Spes anaglypice in praeclaris Barberinis candelabris exalpra hic opportune collocari licet (*); nam Romanorum spes erat Marcellus. Haec Diva tenuissima veste ornata stans, dextera laciniam suffollens, sinistra solitum lilii florem porrigit. Huius Deae imago tali modo adamussim, omnibus Imperatorum numismatibus observatur expressa. Clarissimus Comes Constantius Landi (30) de numismate Spei verba faciens, ita de Marcello loquitur: Virgilius certe antiquitatis scientissimus, cum M. Marcelli Divi Augusti Nepotis praeclaram indolem laudaret; sed qui brevi (ut signa frontis parum laetae, & deiecti lumina vultus ostentabant) fato esset concessurus, & moriturus, haec, quae praeruptum iri publicam populi Romani spem ex fato egregii iuvenis designarent, subdidit carmina (31).

Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet avos; nec Romula quondam
Ullo se tantum tellus iactabit alumno.

Et Paulo post:

Heu miserande puer! Si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores, animamque Nepotis
His falem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

Numquam nemo sanus, vel excogitari, vel scribi, nedum fidem apud alios mereri credere unquam potest, quot maximos errores Winkelmann pronunciauit (32), argumentandi causa, hanc imaginem Spei, in Candelabris Barberinianis, esse Venerem. Me puderet eius ridicula argumenta refellere, nam hanc Spei figuram esse, satis superque ostendimus. Haec Dea culta est a Romanis, & plura templa habuit (Vide Nardini Roma Antica p. 199. 442. & 466.) (33).

SILE-

(23) Vide Velleium, Propertium, & Servium locis supra scriptis; item Tacit. *Annal.* lib. 2. cap. 41.

(24) Propertius *loc. cit.*

(25) Propertius *loc. cit.*

(26) Vide Servium in allatum Virgilii locum, & Dio. *Cass.* lib. 53. pag. 517.

(27) Dedicatum est Theatrum ab Augusto Q. Tuberone, & Fabio Consultibus 4. Novas Maías. Vide Plin. *Hist. Natur.* lib. 8. cap. 17., & Dionem lib. 54. pag. 538., & Tacit. *Annal.* lib. 3. cap. 64., & Svet. in Augusto cap. 43.

(28) Plinius lib. 37. cap. 1. Vide Plutarchum in fuae Vitae Marcelli, qui inquit: Honori eius (id est Marcelli), & memoriae eius Octavia Mater Bibliothecam dedicavit.

(29) Haec de Marcello a Gario mutuata sunt Mus. Flor. vol. 1. pag. 11.

(*) Tab. VII N. II.

(30) *Miscellanea Italica* vol. 1. Constantii Landi in veterum numismatum Romanorum Explicationes pag. 473. Vide Oisselli *Tab. Sel. Sel. Sel. Tab. 54.* omnes Spei imagines tali modo expressae.

(31) Virgil. lib. 6. *Aeneid.* v. 875. secundum istud Ciceronis: In Iuvenibus laudanda est spes.

(32) Winkelmanni *Histoire de l'Art.* vol. 1. p. 153. (& in Italico idiomate vol. 1. pag. 124.) inquit. Parmi les six Divinités qui composent les deux flambeaux de marbre a trois faces du Palais Barberini, il y a une Venus avec une colombe. Ille Spei solitum florem Veneris columbam esse affirmavit; quem ille ipse Winkelmann in eodem libro *Hist. de l'Art* vol. 2. p. 46., & in Italico idiomate vol. 1. p. 124., & in descriptione gemmarum Bar. de Stofsch p. 301. in medium affert Numismata Claudii, & Philippi Imp. & ita loquitur. L'Esperence debout tenant à la main droite une fleur son Symbole ordinaire. In quibus numismatibus Spei figura expressa est adamussim, ut in Candelabris Barberinis. In eundem errore incurrit in lib. *monumenti Antichi* pag. 46. Tab. 30.

(33) Si de hac Dea, & de eius flore (spei Symbolum) quem semper manibus tenet plura scire desideras, consulte explicationes Constantii Landi pag. 471. *loc. cit.* Erizzo *Discorsi sopra le Medaglie* pag. 87. Angeloni *Istoria Augusta* pag. 38. praefertimque Buonarroti: *Osservazioni storiche sopra alcuni Medaglioni* pag. 418. & seq. ubi nonnulla lecta digna eruditè collegit.

gior magnificenza la carica d' Edile (23) con i favori ardentissimi della plebe, ed essendo nella sua prima gioventù, in età di anni venti in breve tempo (24) morì a Baia (25), essendogli stato fatto un pubblico funerale, e secondo la costumanza fù in sua lode recitata una funebre orazione, lo collocò Augusto nel sepolcro da se fabbricato nel Campo Marzio (26), ed onorò colla memoria del suo nome il Teatro già principiato da Giulio Cesare; e comandò che negli spettacoli Romani fosse portata nel Teatro la di lui immagine d'oro, e la corona d'oro, e la sella Curule, e che fosse collocata nel mezzo fra i Magistrati (27), che presidevano a questi spettacoli. Tra le di lui opere illustri è fatta menzione della raccolta di gemme (28), che consacrò nel tempio d' Apollo Palatino (29).

Qui opportunamente si può collocare la Speranza in bassorilievo scolpita nei celebri bassirilievi dei Candelabri Barberini (*); imperocchè Marcello era la speranza dei Romani. Questa Dea stà in piedi ornata d'una fottillissima veste, della quale alza con la destra mano una falda, mentre con la sinistra presenta il solito fior di Giglio. L'immagine di questa Dea è stata espressa appunto tale quale si osserva in tutte le medaglie degl' Imperatori. Il Chiar. Conte Costanzo Landi parlando della medaglia della speranza (30), così favella di Marcello. *Virgilio certamente dottissimo nelle Antichità lodando la bella indole di Marcello Nipote di Augusto, ma che per breve tempo (come dimostravano i contrassegni d'un volto poco lieto, e gli occhi bassi) gli sarebbe stato concesso, e che sarebbe per morire, questi versi soggiunse che indicavano, che per la morte di giovine sì egregio sarebbe tolta la pubblica speranza del Popolo Romano (31).*

Nè dell' Iliaca gente alcun fanciullo
Speme sì grande agli Avi suoi Latini

Prometterò di se, ne fia, che Roma
Tanto si pregi mai d' alcun suo figlio.

E poco dopo

Se del tuo fato eviterai 'l rigore,
Tu sarai un Marcello. A mani piene
Gigli mi date, onde purpurei fiori

Sovra lui sparga, e con tal dono almeno
L' Anima bella del Nipote onori,
E inutilmente un vano officio adempia.

Nessuno mai di sana mente può pensare, o scrivere, nè può meritar fede appresso gli altri, quanti errori grandissimi abbia detto Winkelmann (32), sostenendo questa immagine della speranza, nei Candelabri Barberiniani, essere Venere. Io mi vergognerei di confutare i di lui ridicoli argomenti; imperocchè abbiamo dimostrato più che abbastanza, esser questa la figura della Speranza. Questa Dea fù venerata dai Romani, ed ebbe molti tempj in Roma (Vedi Nardini Roma Antica p. 199. 442. e 466.) (33).

L. 2

SILE-

(23) Vedi Velleio. Properzio, e Servio nei luoghi citati; similmente Tacito Annal. lib. 2. cap. 41.

(24) Properzio loc. cit.

(25) Properzio loc. cit.

(26) Vedi Servio nel luogo riportato di Virgilio, e Dione Cassio lib. 53. p. 517.

(27) Fù dedicato il Teatro da Augusto, essendo Confoli Q. Tuberone, e Fabio i 4. di Maggio. Vedi Plin. Hist. Nat. lib. 18. cap. 17. e Dione lib. 54. p. 538. e Tacito Annal. lib. 3. cap. 64., e Svetonio in Augusto cap. 43.

(28) Plinio Hist. lib. 37. cap. 1. Vedi Plutarco nella fine della vita di Marcello, dove dice: *e Ottavia sua madre alla di lui memoria, ed onore dedicò la Biblioteca.*

(29) Quelle cose son prese dal Gori nel Mus. Fiorent. vol. 1. p. 11.

(*) Tav. VII. N. II.

(30) Miscellanea Italica vol. 1. Spiegazioni di Costanzo Landi sopra l'antiche Medaglie Romane p. 473. Vedi Osifello Thesaur. Select. Numism. T. 54. in tal maniera sono espresse tutte l'immagini della Speranza.

(31) Virgilio lib. 6. Aeneid. v. 875. secondo Cicerone la Speranza è da lodarsi nei giovani.

(32) Winkelmann Histoire de l' Art vol. 1. p. 153. (e nella traduzione Italiana vol. 1. p. 124.) dice: *Parmi les six Divinités qui composent les deux flambeaux de marbres a trois faces du Palais Barberini, il y a une Venus avec une colombe.* Egli afferì il solito fiore della speranza essere la Colomba di Venere: quando l'istesso Winkelmann nel medesimo libro Hist. de l' Art vol. 2. p. 46. e nella traduzione Italiana vol. 1. p. 124., e nella descrizione delle gemme del Baron Stofch p. 301. riporta le medaglie di Claudio, e Filippo Imper., e così s'espriime: *L'esperance debout tenue a la main droite une fleur son symbole ordinaire.* Nelle quali medaglie la figura della Speranza è espressa tale quale come nei candelabri di casa Barberini. Cadde nel medesimo errore nei monumenti antichi p. 46. Tav. 30.

(33) Se desidero saper molte cose di questa Dea, e del di lei fiore (simbolo della speranza) che tiene nelle mani, consulta le spiegazioni di Costanzo Landi p. 471. Erizzo discorsi sopra le medaglie p. 87. Angeloni Istoria Augusta p. 38., e particolarmente Buonarroti osservazioni storiche sopra alcuni medaglioni p. 418. e seg. dove con erudizione ha raccolte alcune cose degne di esser lette.

SILENVS PROCUMBENS.

EVTHIOPVS,

Oncybi exalptum.

APVD PRINCIPEM AEMILIVM ALTIERI ROMAE.

Insipientibus gemmam hanc, quae apud excellentissimum Principem Aemilium Alterium, omnis antiquitatis, totiusque elegantiae cultorem eximium adseruatur, statim apparet, Euthum Septimii Severi aetate floruisse, opusque hoc demonstrare jam eo saeculo artes bonas in praeceptis abire coepisse, prout saepe indicavimus. Aebenea tabula, qua gemmam ipsam addimus figuratam, a delineatore elegantius expressa est ex arbitrio.

Ignotum haecenus fuit Euthi huius scalptoris nomen, & in oblivione delituisse, nisi gemma haec illud nobis servasset. Notissimum tamen est, & commune argumentum, quod ipsa in gemma sibi exprimendum assumpsit. Silenum in illa videre est placenti senili facie, nudus totus est, sedetque humi, pallio super dexteram manum dextero cruri admovet, sinistram pendentem ostentat: prope vas vino plenum (1) videtur in somnum iturus; clausi enim oculi sunt, caputque pampinis redimitum (2) pendet in pedus; adflat Geniolus lyram trichordem pulsans; sedet in scopulo Geniolus alter, qui fistulam ori admovet suo.

Plena sunt antiquorum poetarum volumina carminibus, quae Bacchum, Silenumque, Gratiis & Amori comites jungunt. Huius gemmae argumentum exillimarem, quod Musicae, ac Vini voluptates indicaret; nam ebrius in ea expressus est Silenus procumbens (prout Virgilius (3)) societate gaudentem duorum Amorum musicalia instrumenta trahentium, & egregie experimentum, quod a Solone dictum in fragmentis: Nunc autem Veneris & Bacchi munera grata mihi sunt, & Musarum, quae gaudio homines afficiunt, & recreant.

Supercaneum est hic plura addere de pampinea Sileni corona, de trichordi lyra (4), quam Geniorum unus pulsat, de fistula denique (5): Notissima enim haec sunt. Verum si in praedicta gemma musices & vini voluptatum subiectum exprimitur, in altera eleganti admodum venustaque gemma Regis Galliarum apud Mariette Tab. 35., vini Amorisque oblectamenta exhibentur: Ibi Silenus conspicitur obesus, & facile ebrius, corona ex bederæ foliis ornatus, qui pateram tenet dextera ad vini vas incumbente; eumque bini Cupidines curru deducunt, altero Cupidine eundem currum retro impellente. Apposite Euripides Bacchant. act. 3. v. 772.

Vino enim sublato, non est Venus,

Neque ulla alia voluptas hominibus amplius.

Cen-

(1) De quo egregie Euripides *Aff. 1. sc. 4. in Bacch. p. 83.*
Crater somnum viris immiserit.

(2) *Seneca ita de Sileno Oed. Aff. 2. chori v. 439.*
Te senior turpi sequitur Silenus asello,
Turgida pampineis redimitus tempora fertis.

(3) *Virgil. Fel. 6. v. 14.*
Silenum pueri somno videre jacentem
Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.
& opprime Ovid. *Art. Amat. lib. 1. v. 543. inquit.*
Ebrius ecce senex &c.

(4) *Lyrae trichordis Mercurium inventorem fuisse narrat Diodorus Siculus lib. 1. p. 20. ubi dicit: Lyrae a se inventae tres chordas induxit, anni tempora imitatus. Tres enim tonos fecit, acutum, grave, & medium. Acutum ab aestate, gravem ab hyeme, medium a vere desumpsit.*

(5) *De Fistula elegantissimam dissertationem habemus inter memorabilia Arcadum vol. 1. elucubratam a Clar. I. B. Zanolotti Advocato Rom. Cur., & Regis Hispaniarum consultore amico meo suavissimo.*

SILENO GIACENTE.

OPERA DI EUTO,

Scolpita in un Onice.

APPRESSO IL PRINCIPE EMILIO ALTIERI DI ROMA.

A Chi rimira questa gemma, che conservasi presso S. E. il Principe Altieri esimio coltivatore dell' Antiquaria, e d' ogni elegante letteratura, tosto apparisce, che Euto artefice sia vissuto nei tempi di Settimio Severo, e che tal opera dimostra la decadenza delle Belle Arti di quel Secolo, come abbiám spesso indicato. L' incisore arbitrariamente ha espressa questa gemma nella stampa in una forma più elegante.

E' stato ignoto fin qui il nome di questo artefice Euto, e sarebbe andato in obliuione se non si fosse conservata questa gemma. E' notissimo però, e comune l' argomento, che egli s' affunse di esprimere in questa gemma. Si vede in essa Sileno con fenile, e piacevol volto, tutto nudo sedente sopra un panno, tiene la man destra appoggiata alla gamba destra, la sinistra pendente vicino ad un vaso pieno di vino (1), e pare che dorma, imperocchè sono chiusi gli occhi, e il di lui capo pendente sopra il petto è coronato di pampani (2), vi sono due Genii, uno in piedi suonando una lira a tre corde, l' altro è sedente sopra una rupe, che s' accosta la zampogna alla bocca per sonare.

Pieni sono i libri dei versi degli antichi poeti, i quali a Bacco, ed a Sileno uniscono per compagni gli Amori e le Grazie. Io stimerei che il soggetto di questa gemma indicasse i piaceri della Musica, e del Vino, perchè si vede espresso in essa Sileno ebrio, e giacente (come dice Virgilio (3)) in compagnia di due Genii, che suonano istrumenti musicali, e che esprimano egregiamente ciò, che fu detto da Solone nei frammenti: *Mi sono grati i doni di Venere, di Bacco, e delle Muse, i quali sollevano l' animo, ed apportano l' allegrezza agli Uomini.* E' superfluo di aggiunger di più della corona di pampani di Sileno, della lira di tre corde (4), che suona uno dei Genii, finalmente della zampogna (5); imperocchè queste cose sono notissime. Se nella prefata gemma si esprime il soggetto dei piaceri della musica, e del vino, in una gemma del Re di Francia appresso Mariette T. 35. molto elegante, e graziosa sono indicati i piaceri del vino, e dell' amore, mentre si vede Sileno corpulento, e facilmente ebrio coronato di foglie di ellera, che tiene una tazza nella destra appoggiata ad un vaso di vino; egli è in un carro tirato da due Amori, con un altro di dietro che spinge il carro. Quindi è a proposito ciò, che dice Euripide nelle Baccanti Atto terzo v. 772.

*Il vin si toglie, non v' è più Cipriana,
Ne alcun altro piacer in oltre resta.*

Cre-

(1) Del quale egregiamente Euripide nelle Baccanti Atto 1. sc. 4. p. 83.

. Il vaso pieno
Del buon liquore sparge
Su de' mortali il fionno.

(2) Seneca così di Sileno nell' Edipo Att. 2. chor. v. 429.

*In vil giumento il vecchiar del Sileno
Ti segue, e l' ebre sue tumide tempia
Pampinosa ghirlanda orna, e circonda.*

(3) Virg. Ecco la traduzione di Bernardin Daniello Ecl. 6. v. 14.

*Cromi e Napplo entro ad un anro ombroso
Vider giacer Silen dal sonno oppresso,*

*Che alla sua usanza avea le vene enfiate
Per molto vin da lui diavoli bevuto.*

E benissimo Ovidio, Art. Amat. lib. 1. v. 543. dice

Ecco il vecchio ubriaco ec.

(4) Diodoro Siculo narra lib. 1. pag. 20., che Mercurio fu inventore della lira a tre corde, avendo imitato le tre stagioni dell' anno; imperocchè fece tre toni l' acuto, il grave, il medio. L' acuto lo prese dall' Estate, il grave dall' Inverno, ed il medio dalla Primavera.

(5) Della Zampogna abbiamo una elegantissima differenziazione nel primo volume delle memorie degli Arcadi del fu Chiar. Gio. Batista Zanobetti Avvocato e Consigliere del Re di Spagna mio grandissimo amico.

Censet laudatus Clarissimus Maricette, voluptuosam aliquem virum, ad vini, & Amoris voluptates aequè incitatum, hanc gemmam incidendam curasse. Maximam quidem cohaerentiam inter Bacchum, Venere[m], & Cupidinem Poetae agnoverunt. Nonnus Dionysiacus lib. 31. v. 269. ait:

Pulchrum mihi Bacchum videre in medio veli
Sedentem prope Amorem contubernalem.

Et Pausanias lib. 1. c. 20. refert, quod Amorem Libero ipsi assidentem Thymilus fecit.

Binas addere praestat gemmas, in quarum una opificii non mediocri Silenus cornuto capite (*) (6), ad arboris truncum, manibus post terga revinctus & inquietus apparet, pallium philosophorum more habet, eique ad talos destitit. Faunus autem cornuto capite, pallioque pariter ornatus, dextra thyrsum taeniolis nobilitatum sistinens, illi sinistra manu cantharum propinat. Nympha pulcherrima profecto Aegle super scopulo, elegantissimo corporis habitu, dextero innixa brachio sedes, Silenumque contemplantur; ad Nymphae pedes fax inversa spectatur. Ilac in gemma sagax artifex facile Sileni ad arborem ligati, & a Nympha Aegle illius fabulam expressit, de qua Virgilius cecinit (7).

Addit se faciam, timidisque supervenit Aegle:
Aegle Najadum pulcherrima: jamque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.

Notatu dignior est altera gemma (**) eximio opificio ducta apud Magnatem Percy Ducis Northumbeland silium, in qua expressus est Silenus totus nudus corpulentus insidens complicatis cruribus, duas tibias manibus tenet, in proximo, ut videtur, vel ferula, vel aliud ignotum instrumentum jacet, inferius vero capsula quaedam aperta spectatur. Silenum hunc Marsiam crederem, qui tibias geminas reperit, ut restatur clare Plinius his verbis (8): Geminas tibias Marsias. Nec nova res est in antiquis monumentis Marsias Silenus geminas tibias habens; nam in eximio museo Herculanensi tabula picta extat, ubi videre est Silenum hunc super rupe sedentem, & puerum Olympum tibias insiare docentem. Si quis vult pleniorè de Marsia habere notitiam, eruditissima consulat commentaria, quae Academi Herculanenses ad illud monumentum illustrandum edidere (9). Capsula facile ad Bacchi (10) mysteria attinere patet.

Difficillimum enim est singulas ludicras explicare significationes, quas antiqui in Bacchi familia, festisque repraesentandis adhibere. Communia enim sunt monumenta, quae vindemias, bacchanalia ostendunt: Et jure merito usi sunt hoc subiecto; nam illo felicitis varietate imaginum, quae introduci possunt, excogitari non potest, nec amabilius concursu actionum, quas subministrat, cum homines huiusmodi oblectamentis sint maxime dediti. Quid mirum igitur, si tot reperiantur antiquitatis reliquiae, quae festa haec bacchica complectuntur; immo gemmae huius generis ab antiquis poetis sunt commendatae? Extat inter carmina in Antologìa a Jo. Iacobo Ruiskio Lyppsaë edita pag. 1. Carmen 396. Epigramma Dionysii Andrii, vel Cyziceni in haec verba:

Haίβος ἀπράπτει τελεθὴν πολύμορφον Ἰακκῶ,
Καὶ πτηγῶν τεργῶντα χορὸν καθύπερθεν Ἐρωθῶν.

Haec gemma radians ostendit multiformia Bacchi sacra,
Et super illis vindemiantem chorum alatorum Amorum.

CU-

(*) Tab. VIII. N. I.

(6) Raro Sileni caput cornutum antiquis in monumentis observatur, quare in Cataniae numismatibus ita expressum est. Vide Spanhemium ad Iuliani Caesares p. 26.

(**) Tab. VIII. N. II.

(7) Virg. Ecl. 6. v. 20.

(8) Plin. Hist. Nat. lib. 7. pag. 56. & Athenaeus inquit lib. 4. pag. 184. Metrodorus Chius in Troicis scribit Mar-

siam fistulam & tibiam Celaenis invenisse, cum uno calamo superiores canerent. Et Eusebius narrat, Praep. Evang. lib. 10. cap. 2. Phryges fistulam; ex Phrygia enim erat Olympus, & Marsias, qui fistulam invenerunt.

(9) Mus. Herc. tom. 1. Tab. 19. & tom. 3. Tab. 19.

(10) De hac capsula vide pererratos expositores Antiquit. Herculan. vol. 3. pag. 150.

Crede il prefato celebre autore, che questa gemma sia stata fatta incidere da un voluttuoso egualmente sensibile ai piaceri del vino, e dell'amore. Una grande unione conobbero i Poeti fra Bacco, Venere, ed Amore. Nonno Dionisiaco lib. 31. v. 269. dice.

Bello è il vedere in mezzo a bianco lino

Bacco sedente al fido Amore accanto.

E Pausania lib. 1. cap. 20. narra, che *Timilo fece Amore, il quale sta in atto di assistere all' istesso Bacco.*

Conviene a questo proposito di aggiungere due gemme, nella prima delle quali di non mediocre lavoro si vede Sileno turbato col capo cornuto (*) (6), legate le mani di dietro ad un tronco di albero, avendo il pallio, come i Filosofi, che li scorre fino ai piedi. Un Fauno similmente cornuto col pallio tiene nella destra un Tirfo ornato di nastri, e colla sinistra mano un vaso da bere, che offre a Sileno. La bellissima Ninfa Egle benissimo formata di corpo, siede sopra uno scoglio, appoggiata col destro braccio, guarda attentamente Sileno; ai piedi della Ninfa si osserva una facella rivoltata. Facilmente il sagace artefice ha espresso la favola di Sileno legato ad un albero, e burlato dalla Ninfa Egle, della quale così cantò Virgilio (7).

A quei, che pur temevano, compagna Sopravvenuto, al prigionier, che aperte

Egle s'aggiunse, fra le belle Naiadi Omai luci avea, colle sanguigne

Egle di tutte la più bella, e loro More gli colori la fronte, e 'l viso.

Più curiosa è l'altra gemma (***) di lavoro eccellente, la quale possiede nel suo museo Milord Percy figlio del Duca di Northumbeland amatissimo di tali preziosi monumenti, nella quale è espresso Sileno corpulento, tutto nudo, sedente colle gambe incrociate, tenendo nelle mani due Tibie, e vicino, come pare, vi è in terra una sferza, o qualche altro ignoto istrumento; più a basso si vede una cassetta aperta. Io crederei, che questo Sileno fosse Marsia che ritrovò le doppie tibie, come dimostra chiaramente Plinio (8), che dice: *Marsia inventò le doppie Tibie.* Ne è cosa nuova, che negli antichi monumenti il Sileno Marsia abbia le doppie Tibie; imperocchè nel celeberrimo Museo di Ercolano esiste una pittura, nella quale si vede questo Sileno sedente sopra una rupe, che insegna suonare le tibie al fanciullo Olimpo. Se alcuno desiderasse avere maggiori notizie intorno a Marsia, legga gli eruditissimi commenti, che hanno pubblicato i dotti Accademici di Ercolano nell' illustrare quel monumento (9). Questa cassetta facilmente può appartenere ai misteri di Bacco (10).

E' cosa però difficilissima di volere spiegare tutte le scherzose significazioni, con cui gli antichi si sono compiaciuti di rappresentare nelle feste la comitiva di Bacco. Comuni sono i monumenti che rappresentano vendemmie, e bacchanali. E meritamente si sono serviti di questo soggetto; imperocchè non si può pensare una rappresentazione più felice di quella per la varietà delle figure, che si possano introdurre, nè che sia più piacevole per il concorso delle azioni, la quale ella ci somministra; perchè gli uomini sono moltissimo dediti a questi divertimenti. Che maraviglia adunque, se si trovano tanti avanzi delle antichità, i quali comprendono queste feste di Bacco, anzi le gemme di questa sorte sono state lodate dai poeti? Esiste tra i versi dell' Anologia pubblicati a Lipsia da Gio. Giacomo Ruifchio pag. 1. carmen 396. un epigramma di Dionisio Andrio, o Ciziceno in questi termini:

*Questa raggianti gemma i sacrificii
Dimostra fatti a Bacco in varie forme,*

*E sopra quelli il coro degli alati
Cupidini, che gode a far vendemmia.*

CU-

(*) Tav. VIII. N. I.

(6) Raramente si osserva negli antichi monumenti Sileno col capo cornuto, benchè così è espresso nelle medaglie di Catania. Vedi Spanemio nei Cesari di Giuliano pag. 26.

(**) Tav. VIII. N. II.

(7) Virgil. Ecl. 6. v. 20.

(8) Plin. Hist. Nat. lib. 7. cap. 56. ed Atenco lib. 4.

pag. 184. dice: *Metrodoro Scio scrive nei Troici avere inventato Marsia in Celene la zampogna, e la tibia, quando prima suonavano con una canna.* Ed Eusebio Praep. Evangel. lib. 10. cap. 2. narra. *I Frigii la zampogna, perchè erano di Frigia Olimpo, e Marsia, i quali inventarono la zampogna.*

(9) Mus. di Ercolano tom. 1. Tav. 19. e tom. 3. Tav. 19.

(10) Di questa cassetta vedi gli Eruditissimi Espositori del Museo di Ercolano vol. 3. pag. 150.

CUPIDO DELPHINO INSIDENS.

E U P L I O P U S,

Onychi exscalptum.

EX DACTYLIOTHECA COMITISSAE FRANCISCAE CHEROFFINI.

L Epidum istud opus ex Artificis stylo Septimii Severi tempestate exscalptum fuisse conjici licet. In pede scriptum habet ΕΥΠΛΟ, quae quidem inscriptio dubium eruditibus movet Artificis, ne nominis initium sit, an potius ad Cupidinem navigantem sit referenda. Abbas Winkelmann de hac gemma ita inquit (1): Un' Amour monté sur un Dauphin avec la fouët à la main, dans un Camée de la Comtesse Cheroffini à Rome avec l'Inscription ΕΥΠΛΟΙ, c'est-à-dire à l'heureuse navigation. La parole ευπλοια (2) étoit comme l'enseigne des quelques navires des Anciens.

Noster auctor lapsus est. Nam ad ostendendam suam eruditionem legit ΕΥΠΛΟΙ, quando omnes, quos sum percontatus in banc rem, potissimum Clar. Pikler, in gemmarum cognitione peritissimus, legit ΕΥΠΛΟ; Atamen si haec inscriptio haberet ΕΥΠΛΟΙ, quomodo felici navigationi explicari posset? Patet enim illum putasse in dandi casu Ευπλοια dictum esse, quod est falsissimum: Nam Ευπλαια est tertiae declinationis, & contrahitur Ευπλοια, in dativo Ευπλωα, & contracte Ευπλω. Accedit Ευπλοια non substantivè dici pro bona navigatione, sed adjectivè pro bonam navigationem habente, nam Bona navigatio est Ευπλοια (3). Parcant literati viri, si has minutias pertractare cogor ad ostendendum ingenium hominis. Literas illas artificis nomen exprimere posse existimarem, quamvis verbum Ευπλο, neque in recto ut Ευπλος, neque in patrio casu Ευπλω terminationem ullam graecorum nominum reddit, ut in gemmis semper observatur. Hac in gemma aliquid detrimenti in ultima litera etiam conjectari liceret, prout huius in tabellae extremitate observatur (in qua inscriptio ΕΥΠΛΟΑ legitur). Fortasse linea transversa, non recta, ut esse deberet initio fuit, & ultima litera ab injuria temporum frangi potuit, & demde a nonnullis antiquariis imperitis in hunc modum redigi: Et nisi mea me conjectura fallit, praestat ad hanc inscriptionem supplere literam, scilicet ΕΥΠΛΟΑ, seu ΕΥΠΛΟΤ atque ita Artificis nomen intelligi, & puriorem huius inscriptionis explicationem concinnare. Ideo nonnullorum gratia eruditorum, qui hanc gemmam Artificis nomine decoratam esse voluerunt, vulgandam curavi, cum, ut mihi videtur, Eupli nomen in antiquis monumentis omnino ignotum non sit (4).

At-

(1) Winkelmann Description &c. pag. 139.

(2) Plutarch. v. 2. p. 1057 in compend. comment. quo ostenditur tam Stoicos quam Poetas absurdiora dicere verbis τινος πλοια διαφωτισ, εις ευπλοια και πλοια εωλυστα. Adeoque similis est eorum navium, quibus, cum inscribatur, PROSPER CURSUS, PROVIDENTIA SERVANS.

(3) Vide Gretserum Inst. ling. Graecae lib. 1. p. 72.

(4) In Marmor. Arundell. Seldeni Inscrip. CIV. p. 41.

D. M.

VAL. PATERNI.
SPECVL. EXERCIT.
BRITTAN.CVRA. AGENTIBVS.
SEMP. PVDENTI.
MIL. FRVM.ET. CVTIO. EVPLV.
MINISTRO. SPEC.
B. M. FECERVNT.

IN. FR. P. VII. IN. AG. P. V.

Seldenus Comment. in indice rerum pag. 624. inquit: Euplia quid sit non intelligo. Ego crederem quod nomen esse Duo enim erant, qui curam sepulchri Valerii Paterni assumpservant, Sempronius Pudens, & Cutius Euplius.

LXXII.

CUPIDO SOPRA UN DELFINO.

OPERA DI EUPLO,

Scolpito in Onice.

DELLA RACCOLTA DI GEMME DELLA CONTESSA FR. CHEROFFINI.

Questa graziosa opera dalla maniera del lavoro dell'artefice può congetturarsi essere stata fatta nei tempi di Settimio Severo. In fine vi è scritto ΕΥΠΛΟ, la quale iscrizione certamente dubiteranno gli eruditi, se sia principio del nome dell'artefice, o piuttosto sia da riferirsi a Cupido navigante. L' Abate Winkelmann così dice di questa gemma (1). *Un' Amour monté sur un Dauphin avec la fouët à la main dans un Cameé de la Comtesse Cheroffini a Rome avec l'inscription ΕΥΠΛΟΙ, c'est-à-dire a l'heureuse navigation. La parola ευπλοια (2) étoit comme l'enseigne des quelques navires des Anciens.*

Il nostro autore è caduto in errore; imperocchè per dimostrare la sua erudizione legge ΕΥΠΛΟΙ, quando tutti, che io ho interrogato su questa cosa, principalmente il Chiar. Pikler peritissimo nella cognizione delle gemme legge ΕΥΠΛΟ; Con tutto ciò se in questa iscrizione si leggesse ευπλοι, come si potrebbe spiegare *alla felice Navigazione?* perchè è chiaro avere egli giudicato esser detta quella parola ευπλοι nel dativo, la qual cosa è falsissima; giacchè ευπλοος è della terza declinazione, e si contrae ευπλῶς, nel Dativo ευπλῶ, e contratto ευπλῶ. Si aggiunge, che ευπλοος non si dice sostantivamente per *bona navigazione*, ma adiettivamente per chi ha *una buona navigazione*, perchè la bona navigazione è ευπλοια (3). Mi perdonino i Letterati se io ho trattato queste grammaticali minuzie per dimostrarne solo il carattere della persona. Io giudicherei, che quelle lettere possano esprimere il nome dello artefice, benchè la parola ευπλο, non ha nessuna terminazione dei nomi Greci, nè nel nominativo, come ευπλοις, nè nel genitivo come ευπλῶ, conforme si osserva sempre nelle gemme. Potrebbe ancora congetturarsi essere in questa gemma qualche mancanza nella ultima lettera conforme si vede nella estremità di questa tavola (nella quale si legge l'iscrizione ΕΥΠΛΟ). Forse sul principio fu una linea trasversale, non retta, come dovrebbe essere, e l'ultima lettera potrebbe essere stata rotta per l'ingiuria dei tempi, e dipoi da alcuni antiquarii imperiti stata ridotta in questa maniera. E se io non m'inganno nella mia congettura, potrebbe supplirsi a questa iscrizione una lettera, cioè ΕΥΠΛΟC, oppure ΕΥΠΛΟC, e intendersi il nome dell'artefice; e rendere più chiara la spiegazione di questa iscrizione. Perciò ho procurato di pubblicare questa gemma in grazia di alcuni Eruditi, i quali hanno voluto, che ella sia resa illustre per il nome dell'artefice, parendomi negli antichi monumenti non ignoto del tutto il nome di Euplo (4).

Tom. II.

M

L'Ar-

(1) Winkelmann Description ec. p. 139.

(2) Plut. v. 2. p. 1057 nel Comp. Comm. dove si dimostra che gli Stoici, come i Poeti hanno detto delle cose le più assurde: *ὡδὴ τῶν πλοίων διαφύρον, οἱ περινομαστὰι μὴ ναυλοια, καὶ προνοια συμ- ζῶσα. Non punto dissimigliante da quelle navi, le quali hanno queste iscrizioni: FELICE VIAGGIO, PROVVIDENZA CONSERVATRICE.*

(3) Vedi Gretfero Institut. Ling. Graecae lib. 1. p. 72.

(4) In Marmor. Arundell. Seldeni Inscr. CIV. p. 41.

D. M.

VAL. PATERNI.
SPECVL. EXERCIT.
BRITAN.

CVRA. AGENTIBVS.

SEMP. PVDENTE.

MIL. FRVM.

ET. CVTIO. EVPLV.

MINISTPO. SPEC.

B. M. FECERVNT.

IN. FR. P. VII. IN. AG. P. V.

Seldeno ne' Commentarii nell'indice delle cose pag. 624. dice. *Non intendo cosa sia Euplo. Io crederei, che fosse un nome; imperocchè due erano, che si presero la cura del sepolcro di Valerio Paterno, Sempronio Pudente, e Cuzio Euplo.*

Artifex profecto in hac gemma Cupidinem Delphino insidentem, & ferulam manu tenentem exhibente, nihil aliud voluit quam Cupidinis imperium in aequor demonstrare. Cupidinem feliciter navigans nullum prorsus impedimentum offendit, piscesque universos arbitrio regit suo. Hanc imaginem e poetis dejectam sexcentis constat exemplis, quae nisi lectorum abuti patientia veriti fuisset, in medium prolata essent. Ad rem vero firmandam verbis Eustathii de Iphigeniae, & Iphigenes amoribus impraesentiarum usi sumus. Hic enim lib. 2. (5): Leonem quamvis immanissimum, omniumque animantium fortissimum, talem tantumque nudi infantis metus incescit ec. (Deinde inquit) Verum inspiciamus, si lubet, capiti supercriptos jambos.

Amor puer, arma, ignem ferens,

Arcum, alas, nuditatem, piscium telum.

Tu me quid sit Amor, & quis sit interrogasti, viden? Utinam experto tibi faveat. Subjeci ego, ni Cratisthenes, ea modo, quae his versibus, & pictura significantur, explica. Tum ille: Amor nudus, armis, sagittis, pennis, igne, instructus est; Armis homines, igne mulieres, arcu feras, pennis volucres, nuditate pisces superat, illique ea, quae cernis omnia perpetem famulatus curam praestant. *Euripides etiam inquit (6).*

Non in virorum sola Amor se pectora

Et seminarum insinuat, ipsas quin Deum

Sollicitat animas, & ferum Ponti gregem.

Nec ipse contra tendere omnipotens Deum

Rex audet, ultro flexus imperium subit.

In nonnullis familiarum antiquarum nummis (7) Cupido Delphino insidens eumque habentis gubernans aspicitur. Silentio praeterire non possumus numisma illud olim in Reginae Christianae, nunc Ducis Bracciani gaze extans, in quo Cupido Delphino insidens habenas laeva moderatur, dextra flagellum tenet, quemadmodum in nostra gemma observari licet. De hoc numismate sic laudatissimus Ez. Spanhemius ait (8). Percussus Nicomediae temporibus Commodi, in quo similiter occurrit Delphino insidens puer iste Dioneus, qualem etiam videas in nummo Perinthiorum signato sub Elagabalo, & nonnumquam in gemmis antiquis. Ut jam illam praeteream, inspectam mihi apud vestratem Leonardum Agostini, in qua Cupido occurrebat, non Delphino quidem, sed vehiculo insidens, quod trahabant duo Delphini. Ac plane apposte ad superioris huius Cupidinis Delphino insidentis imagines, legas olim adluisse Palladam, in veteri epigrammate (9). Nudus Amor ea de causa ridet, ac blandus est — Non enim arcum habet, aut ardentis sagittas — Neque frustra manibus Delphinum cohibet ac florem — Illa enim Terram, hac Mare tenet. Si floris loco flagellum dextrae huius sefforis tribuas, eundem continuo fatearis in superiori nummo ac illa imagine depictum, nudum nempe, inermem, & sinistra Delphinum, cui insidet, cohibentem.

Ad hanc rem apponimus gemmam () ex perrara elyporum sulphureorum collectione, Christiani Dehen, in qua Cymba quatuor Delphinis vebitur, & in ea duo spectantur Cupidines, quorum unus stans dextra habentis Delphinus regit, sinistra ferulam, alter sedens sinistra remone undas impellit.*

MI-

(5) Eusth. lib. 2. pag. 55. & 56.

(6) Euripid. in Fragmentis Phaedrae pag. 500.

(7) Morelli Theaur. numism. in Cordiae & Lucretiae famulitibus &c. Vide etiam numismata Pembrokiana sylloge p. 2. Tab. 50.

(8) Ez. Spaubem. de praesentia & usu numism. pag. 159. in 4. Consule Gortaei Dactylotrocham p. 1. An. 180. Agostini Gem. p. 2. Tab. 59. & praesertim volumen primum Delle Picture antiche d' Ercolano p. 195. Tab. 37. Nonnullae etiam in Mus. Flor. observantur gemmae scilicet in vol. 1. Tab. 77. n. 8. & 9. & Tab. 88. n. 1. & 2. in quibus a Delphinis veantur cupidines manu tenentes ferulam, de quibus hanc Erud. Gori pag. 153. exhibet sententiam. Cupidines Cymbula, vel Delphinibus, ut opinor, vel Hippo-

campo vesti per mare, ad declarandam Elyporum laetitiam pertinere etiam possunt; nam haec item emblemata frequenter in sepulcris defunctorum occurrunt. Frequenter in titulis Inscriptionum Gruterianae Theauri describuntur, & a Fabretto Inscrip. Ant. c. 5. p. 382. & 383. MS. Baiffardi &c. Bigas quatuor videmus a Cupidinibus sinistra habenas, dextra vero flagellum tenentibus ductas. quarum primae sunt marinorum equorum, secundae arietum perinde marinorum, tertiae leonum etiam marinorum, quartae gryphorum, quorum omnium animalium, corpora in piscem desunt.

(9) Ausbol. lib. 4. cop. 12. Epigr. 56.

(*) Tab. VIII. N. III.

L'artefice in questa gemma rappresentando Cupido sopra un Delfino che tiene in mano una sferza, sicuramente ha avuto nell'idea di voler dimostrare l'impero che ha Cupido sopra il mare. Cupido felicemente navigando, non ha ostacolo nessuno, e regola all'arbitrio suo tutti i pesci. Ci sono mille esempi, che dimostrano essere stata questa immagine presa dai poeti, che avremmo prodotti, se non avessimo temuto di abusare della pazienza dei lettori; Ma per conferma di ciò riporteremo le parole d'Eulazio degli Amori d'Isenia (5): *Il Leone quantunque crudelissimo, ed il più forte di tutti gli animali teme questo nudo fanciullo &c.* (Dipoi dice)

Ma se ti piace veggiamo questi versi Giambi scritti sopra la sua testa.

Questo garzon è Amor ch'è in mano il fuoco,

L'Arco a le spalle, e le saette ai fianchi,

E su gli omeri ignudi ha due grande ale.

Tu mi hai interrogato, e tu vedi cosa sia Amore. Piaccia a Dio che ciò ti serva per esperienza. A cui soggiunsi, o mio Craisene, spiegami ora quelle cose che sono espresse in quei versi, e nella pittura. Allora disse. Amore Nudo ha le armi, i dardi, le penne, e il fuoco; supera gli uomini con le armi, le donne col fuoco, le fiere con l'arco, gli uccelli colle penne, ed i pesci nel nuotare, e tutte quelle cose che tu vedi prestano a lui una perpetua, e diligente servitù. Ancora Euripide dice (6).

Amor non solo in maschio, ed in femmineo

Petto discende, ma conturba, e scuote

L'alme de' Numi colajù nel cielo,

E discorre pel mar, ne Giove stesso,

Che tutto può colla sua forza altera,

Lo respinge; ma cede, e di sua voglia

È v'è seguendo del suo Amor l'impero.

In alcune medaglie di antiche famiglie (7) si vede Cupido, che cavalca un Delfino e lo regola colle briglie. Non voglio tralasciare di parlare di una Medaglia, ch'era della Regina di Svezia, che ora si conserva nel Museo Numismatico del Duca di Bracciano, nella quale un Cupido cavalca un Delfino e lo regola colla sinistra tenendo le briglie, e colla destra la sferza, come appunto si osserva nella nostra gemma. Di questa medaglia così il sempre lodato Spanemio (8). *Battuta questa Medaglia in Nicomedia nei tempi di Commodo, nella quale similmente questo figlio di Venere cavalca un Delfino, quale ancora si vede in una Medaglia dei Perinti battuta sotto Elagabalo, ed alle volte nelle gemme antiche. Come tralasciò io quella veduta da me presso il vostro Leonardo Agostini, nella quale vi era un Cupido, non sopra un Delfino, ma sopra un cocchio, il quale lo tiravano due Delfini? Certamente si adatta alla figura di questo Cupido di sopra il quale cavalca un Delfino, ciò che una volta scherzò Pallada in uno antico epigramma (9).*

Il-nudo Amore ride, & è gicondo

Non senza causa l'arco, e le fiammanti

Saette avendo, e fralle mani un fiore

Non senza causa ed un Delfino stringe,

Poichè da una parte egli la terra,

Dall'altra tiene il mar.

Se in luogo di fiore darai una sferza nella destra a Cupido, subito confesserai essere l'istesso che nella medaglia sopramentovata, cioè nudo, inerme, e che colla sinistra regola un Delfino, che egli cavalca.

A questo proposito degli Amori con i Delfini riportiamo una gemma (*) della pregiatissima collezione degli zolli di Christiano Dehen, nella quale vi è una barchetta tirata da quattro Delfini, ed in essa si veggono due Amorini, uno dei quali colla destra tiene le briglie regolanti i Delfini, nella sinistra ha la sferza, l'altro sedente col timone spinge l'onde.

M 2

MI-

(5) Eust. lib. 2. pag. 55. e 56.

(6) Eurip. ne' frammenti di Fedra vol. 20. pag. 211.

(7) Morelli Theaur. numism. nelle medaglie delle famiglie Cordia, e Lucrezia. Vedi ancora numismata Pembrokiana sylloge p. 2. Tav. 50.

(8) Ez. Spanem. de praesantia & usu numif. pag. 199.

in 4. Osserva Goriacae DaSyliothea p. 1. An. 180. Agostini Gemme p. 2. Tav. 59. e particolarmente il volume

primo delle Pitture antiche di Ercolano pag. 195. Tav.

37. Vedi ancora alcune gemme nel Museo Fior. vol. 1.

Tav. 77 n. 8. e 9. e Tav. 88. n. 1. e 2. nelle quali dai

Delfini son portati gli Amori, che tengano una sferza in

mano. Di queste gemme questo è il sentimento dell'erudito

Gori p. 153. *Gli Amori portati in una barchetta dai delfini,*

o cavallo marino, passano, come giudice, ancora appartenere a dichiarare l'allegrezza degli Elisi; imperocchè questi emblemi frequentemente s'incontrano ne' sepolcristi. Frequentemente son descritti ne' titoli delle iscrizioni del tesoro Gruteriano, e dal Fabbretti Inscrip. Ant. cap. 5. p. 382. e 383.

Nei MS. di Boissard. Noi veggiamo quattro biglie condotte dagli amori, i quali tengono nella sinistra le briglie, nella destra una sferza: Le prime sono di cavalli marini, le seconde di capri marini, le terze ancora di leoni marini, le quarte di grifi; tutti questi animali terminano il loro corpo in pesce.

(9) Anthol lib. 4. cap. 12. Epigr. 56.

(*) Tav. VIII. N. III.

M I N E R V A.

EUTYCHIS AEGAEI DIOSCORIDIS FILII OPVS,

Amethyſto albo incifum.

EX THESAURO COLONNA ROMAE.

Gemma, quam publici juris facimus, Divae Minervae diſciplinatum omnium artiumque cuſtodis, atque patronae, utpote quae iſdem maxime praefit, prototypam exhibet. Eius quippe vultum virilis decoris gravitas hilaritate permixta eleganter exornat: hinc maiestas, ſimulque amabile quidpiam eiufdem in aspectu venidet. Galea, quae ſuper ipſius caput nobilis erigitur, Divae vultus & decus, & maiestatem mirifice adauget. Bini Gryphiones totidemque hircina capita egregie inſculpta in eo cernuntur. Narratur a Plinio (1) Phidiam tam eximiae pulchritudinis ſculpiſſe Minervam, ut formae cognomen acceperit. Hoc perbelle noſtrae gemmae quadrare videtur; tanta enim arte, tanta concinnitate hoc opus abſolvit peritiſſimus artifex Eutyches, ut merito Dioſcoridis patris ſui, & magiſtri laboribus aequetur.

De tanta Artificis peritia in Cl. Baro de Stofch (2). Eutychem pictorem memorat Lucilius in epigrammate Graeco Anthologiae (3); ſed alius ab eo eſt Eutyches, qui gemmam hanc praefantati arte ſculpsit, atque adeo alte imaginem incidit, ut in cereo eſſyπο caput, vultuſque non obliquus, ſed integer extent, ac prominant, quod in gemmis raro videre eſt, ob artificii difficultatem; Dioſcoridem inſuper in lineamentorum elegantia literarumque aemulatum videtur, cuius, ſi conjecturae locus ſit, diſcipulus fuit, magiſtrique nomen operi inſcripſit (4).

EUTYCHC.
ΔΙΟΣΚΟΤΡΙΑΔΟΥ.
ΑΙΓΕΑΙΟΥ·ΕΠ.

Licet enim Graecis proprio patris nomen addere mos eſſet, quod vetera monumenta teſtantur, a Scalptoribus tamen illud magiſtri, quem parentis loco colebant, nonnumquam appoſitum invenitur. In Hortis Ludoviſiſ Romae legitur in baſi marmorea, Papiſii, matriciſque ſimulacra ſuſtinente.

MENFΛΑΟΣ·
ΣΤΕΦΑΝΟΥΜΑ
ΘΗΤΗΣ.
ΕΠΟΙΕΙ·

iſdeſt Menelaos Stephani diſcipulus faciebat

De

(1) Plin. lib. 34. cap. 8. pag. 50. vol. 11.

(2) Stofch Gem p 46.

(3) Lib. 2 p. 212. edit. Vechel.

(4) Eutyches Aegaeo Dioſcoridis (ſcilicet filius) faciebat. Pace clariffimi viri ſingula haec multis dubitationibus ſunt obnoxia. Primum animadvertendum eſt, adductum Menelai exemplum nihil ad rem facere; ille enim ſe expreſſe Stephani diſcipulum deſignavit. Numquam apud Graecos in more

fuit proprio patris nomen addere, ſed ſubaudiri, ut videre eſt in trunco Heronis Vaticani Apollonii, & in Gladiatore pugnae Burgheriano Agafias (vide in hanc rem Praefat. Bar. de Stofch de Gem. Ant. p. 10. & ſeq.); Numquam vero diſcipuli nomen ſubauditur. Eutyches proſecto Dioſcoridis filius, & facile diſcipulus intelligi poteſt. Si filius Dioſcoridis revera Eutyches eſt, habemus patriam praefantiffimi artifficis, de qua Plinius ſilet, Aegaeam nempe.

MINERVA.

OPERA DI EUTICHE EGEO FIGLIO DI DIOSCORIDE,

Incisa in un Amatista bianca.

DEL MUSEO COLONNA DI ROMA.

LA Gemma, che pubblichiamo, rappresenta il busto di Minerva, la Dea custode, e protettrice di tutte le arti, e le scienze, alle quali in special guisa presiede. Una gravità virile unita ad un ilare aspetto adorna il suo volto: quindi la maestà in lei risplende con un non so che di amabile. L'elmo, che sopra il suo capo superbamente s'innalza, aumenta maravigliosamente il decoro, e la maestà del suo volto. Si vedono in quello espressi con la maggior perfezione dell'arte due griffi, ed altrettante teste di caprone. Si narra da Plinio (1), che Fidia scolpì una Minerva di sì sublime bellezza, che prese il cognome della gran bellezza, come appunto dir si potrebbe della nostra gemma, che con tanta arte, e tanta eleganza il peritissimo artefice Eutiche perfezionò quest'opera, che meritamente uguaglia Dioscoride suo padre, e maestro.

Dell'eccellenza sì grande di questo artefice, così parla il B. Stofch (2). *Lucilio in un epigramma greco dell'Antologia (3) fa menzione d'Eutiche Pittore, ma è diverso da quello il nostro Eutiche, il quale ha inciso questa pietra con tanta eccellenza d'arte, e sì profondamente, che l'impressione presa in cera, rappresenta la testa, ed il viso, non di profilo, ma tutto di faccia, la qual cosa rarissimamente s'osserva nelle gemme per la difficoltà del lavoro. Di più pare avere imitato nella eleganza dei tratti, e delle lettere la maniera di Dioscoride, del quale si può congetturare, che fosse suo discepolo, e che incise nella sua opera il nome del suo maestro.*

ΕΤΤΥΧΗC ·
ΔΙΟΣΚΟΤΡΙΑΔΟΤ ·
ΑΙΓΕΑΙΟC · ΕΗ ·

Quantunque il costume dei Greci fosse di aggiungere al loro nome proprio il nome del padre, come s'osserva negli antichi monumenti; contuttociò si trova, che gl'incisori mettevano qualche volta il nome del loro Maestro, che avevano in venerazione, come loro padre. Nella villa Ludovisi di Roma in una base di marmo, sopra la quale è il gruppo di Papirio, e la Madre, si legge questa greca Iscrizione (4):

ΜΕΝΕΛΑΟC ·
ΣΤΕΦΑΝΟΤΜΑ ·
ΘΗΤΗΣ ·
ΕΠΟΙΕΙ ·

ciòè: Menelao discepolo di
Stefano faceva.

Dell'

(1) Plin. lib. 34. cap. 3. p. 50. vol. II.

(2) Stofch Gem. p. 46.

(3) Lib. 2. p. 212. edizione del Vechelio.

(4) *Eutiche di Egea di Dioscoride (cioè figlio) faceva.* Mi sia permesso di dire, che queste cose dette dal chiar. Antiquario sono sottoposte a molte dubbiezze. Primieramente è da avvertirsi, che l'esempio addotto di Menelao niente fa a proposito, imperocchè egli espressamente si dichiara discepolo di Stefano. Mai appresso i Greci fu il costume di aggiungere al proprio nome quello del

padre, ma bensì di sottintenderlo, come si può vedere nel Torso dell'Ercole Vaticano di Apollonio, e nel Gladiatore combattente di Borghese, di Agafia (vedi a questo proposito la prefazione del Bar. de Stofch de Gem. Ant. pag. 10. e seg.) ma giammai si sottintende il nome dello scolare. Eutiche certamente fu figlio di Dioscoride, e facilmente può intendersi suo discepolo. Se Eutiche è sicuramente figlio di Dioscoride, abbiamo la patria di Egea, di questo eccellentissimo artefice, della quale Plinio non ne fa parola.

De laboris vero praestantia ita profequitur. Minervae protomam in gemma cernere est, cuius caput galea tegit, in qua Gryphiones duo, totidemque Hircina capita insculpta sunt, ut in alia idem numen referente gemma apud Causeum (5); non integrum ferreum thoracem, sed partem tantum squamosam gestat, Gorgone ei affixa, & in eiusdem extremitate serpentes errant, de quibus alias diximus, ac manu sinistra mammae admota, vestem tenet, dextra verisimile videtur. hastam tulisse.

Huius praeclarissimae Minervae pretium est non solum in opificii difficultate; nam Ametysus facile diffunditur, sed etiam constat in gemmae profunditate, (potissimum in galeae ornamentis adamantis culpide absolutissime elaboratis), quae integrum extansque Deae caput in cereo ectypo reddit, idemque quasi anaglypice exalptum in illo visitur.

Hoc in opere Minerva masculam spirans virtutem, decentique praedita ferocitate aspicitur, prout illam Statius descripsit (6).

Diva ferox magni decus, ingeniumque parenti
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Callis, & adperfo crudescit sanguine Gorgo.

Gorgonem in Aegide sagax exalpsit Artifex ad illius robur virtutemque magis, magisque demonstrandam; Caput enim Gorgonis formidine hostes terrere, putabant antiqui, & milites fortes audacesque in bello reddere: ut ab Ovidio, Luciano, & Euripide eleganter narratur. Ovidius (7):

Gorgoneum crinem turpes mutavit in 'hydros,
Nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hostes,
Pectore in adverso, quos fecit, sustinet angues.

Lucianus (8): Crit. Sed Minervae adhuc mentionem faciam, Virginis armatae terribilisque Deae, quae Gorgonem caput praefixum gerit, Gigantesque olim confecit ec. *Trieb.* Dic mihi igitur Critia, quae est Gorgonis utilitas, & cui bono peccus ea munit Pallas? *Crit.* Ut terribili quodam spectaculo, malisque averruncandis apto: Quin terret etiam hostes, victoriamque, ut lubitum fuerit, ab una parte inclinat ad alteram. *Euripides* (9).

Cr. Ibi terra edidit Gorgonem terribile monstrum.
Sen. Num suis filiis sociam, & Deorum laborem?
Cr. Etiam & eam interfecit Iovis filia, Pallas Dea.
Sen. Quam vero formae truculentae figuram habebat?
Cr. Thoracem spiris viperarum armatam habebat.
Sen. Num est fabula, quam audivi olim?
Cr. Huius pelle Minervam pectus munitum habere ferunt.
Sen. Quam aegidem nominant, Palladis vestem?
Cr. Hoc adepta est nomen, quando venit in pugnam Deorum.

Ele-

(5) *Mus. Rom. sect. 2. n. 10. p. 39.*

(6) *Stat. Theb. lib. 2. v. 725. vide vol. 1. p. 116.*

(7) *Ovid. Metam. lib. 4. v. 801. vide Aristoph. Acharnens. v. 571.*

(8) *Lucian. in Dial. Phil. vol. 3. p. 592. vide Servium in Virgil. lib. 8. Aen. v. 435. & huius operis vol. 1. p. 116.*

(9) *Euripid. in Ion. pag. 542. v. 975. & in Carmeli editione p. 136. v. 989.*

Dell' eccellenza del lavoro così seguita: *Si vede nella gemma il busto di Minerva con un morione in testa, nel quale vi sono incisi due Grifi, e due teste d' Ariete, come appunto si vede in un'altra gemma di Minerva riportata dal Signor de la Chauffe (5). Ella non ha la corazzina intera di ferro, ma solamente una parte ornata di scaglie, sulla quale vi è una Gorgone, ed all' estremità si veggono dei Serpenti erranti in quà, ed in là, dei quali noi altrove abbiamo fatta la spiegazione, e con la mano sinistra appoggiata al petto tiene la veste, e con la destra verisimilmente averà tenuto l' asta.*

Il pregio di questa bellissima gemma consiste non solamente nella difficoltà del lavoro; imperocchè l' Amatista è facile a sgranarsi, ma ancora nella profondità della gemma (principalmente negli ornamenti del morione lavorati coll' ultima perfezione colla punta del diamante) nella quale in cera di Spagna si vede la testa della Dea, che esce tutta fuori, quasi che fosse scolpita in bassorilievo.

In questa nostra gemma ci vien rappresentata Minerva con un' aria virile, e propria di Guerriera, accompagnata da una decorosa ferocia, quale appunto è descritta da Stazio (6).

DE hac gemma *Clav. B. Stofch* (1) ita loquitur. Elegantissimum opus exhibemus ex Sardonyche exalptum, quod in thesauro M. Ducis Etruriae asservatur; artificis nomen, Plotarchi scilicet, gemmae legitur inscriptum, Dorica nempe dialecto, ut observavit eques P. Alexander Maffei, qui hanc eandem gemmam delineatam divulgavit (2): Ex quadam lineamentorum similitudine apparet, scalptorem hunc condiscipulum fuisse Tryphonis (3), clari aequae viri, qui nuptias Amoris, & Psyche expressit, quas infra tradimus, licet nescio, quo fato, eorum nomina Scriptores praeterierint, quia forte, ut ait Plinius (4), *nec multo plurimum fama est, quorundam claritati in operibus eximius obstante numero artificum, quoniam, nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari possunt.*

Visitur in gemma Amor puer alatus, lyram pulsans, rugenti Leoni insidens, ad demonstrandam Amoris vim, ac potentiam, quae feroces animos blanditiis emollit, ac vincit, veterem pictorem Pausiam narrat Pausanias Cupidinem pinxisse (5), qui abiecto arcu & sagittis, lyram pro illis sumit: Amorem Cytharacudum, antiquae gemmae incisum, exhibuit etiam Pignori (6), multisque in Museis similes reperiuntur, quas omnes antiquitus ab hoc Plotarchi opere posterioris aevi artifices desumpsisse videntur.

De hoc praeclaro artifice literis ad me datis XII. Kal. Nov. An. 1755., ita scripsit Antonius Cocchi vir bonarum artium, ac disciplinarum omnium laude praestantissimus. Tu quidem in opere tuo referes nostrum pulcherrimum Cammeum Amoris lyram sonantis supra Leonem, poterisque corrigere inscriptionem ΠΑΥΤΑΡΧΟΣ, quam exhibuere celebres Antiquarii contra fidem lapidis, & contra omnem Grammaticae rationem, & historiae. Vera enim inscriptio est ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ.

Nulla est Divinitas, quae celebriorum Antiquitatis artificum ingenia ita exercevit, ut potentissimus Deorum hominumque dominor Cupido. Neque enim ut ipsum variis modis effingerent, feridae propriae imaginationi servierunt, sed ut eorum, qui opera committebant, cupiditati obsecrarent. Inter celebres pictores Zeuxis (7) in templo Veneris Athenis pinxit Cupidinem formosissimum, rosas coronatum. Nicarchus (8) pinxit Venerem inter Gratias, & Cupidines. Arcefilaus (9) fecit aligeros ludentes cum Laena Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogere bibere, alii calcarent soccis. Cupidines etiam effinxerunt Lysippus, Praxiteles, Myos, Alcameus, Thymilus & Menodorus opus Praxitelis imitatus (10).

Si quis dignoscere cupiat, quot formis, ac cerebrosis inventis hoc idem Numen, habitum potentissimum omnium, a veteribus fuerit expressum, ubique consulere potest inter Antiquitatis monumenta, quae extant, statuas, anaglyphas, gemmasque innumerabiles, quae ipsius desiderio plane satisficient, cum nos in primo volumine (11) plura de hoc argumento prosecuti simus, ubi gemmam illustravimus Alexandri, quae Amorem exhibet Leonis dominorem.

Egregie Amoris vim, & potentiam descripsere Virgilius, & Oppianus. Ita cecinit Virgilius (12):

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres
In furias, ignemque ruunt: Amor omnibus idem.

Et

(1) *Stofch Gem. p. 74.*(2) *Maffei Gemme Tom. 3. n. 12.*(3) *Profecto hic artifex celeberrimum Alexandri Macedonis saeculo vixisse conjectari potest.*(4) *Plin. lib. 36. cap. 5. p. 396.*(5) *Lib. 2. in Corinth. cap. 27.*(6) *Aggiunte alle Immagini degli Dei del Cartari pag. 317.*(7) *Vide Scholiast. Aristophanis in Anacharontes v. 991. &**Suidam in verbo Αμωμ, ita inquit: Zeuxis Pictor in Veneris templo Amorem formosissimum, & rosas coronatum pinxit.*(8) *Plin. lib. 35. cap. 11.*(9) *Lib. 36. cap. 5.*(10) *Vide bifce de Artificibus Iunium de Pictura &c.*(11) *Pol. 1. pag. 46.*(12) *Virgil. Georg. lib. 3. v. 242.*

L' AMORE DOMANDO UN LEONE.

OPERA DI PROTARCO,

Scolpita in una Sardonica.

DEL MUSEO DI LEOPOLDO GRAN DUCA DI TOSCANA ARC. D' AUST.

L chiar. Baron Stofch così parla di questa gemma (1). Noi pubblichiamo una gemma Sardonica scolpita in un Cammeo, che conservasi nel Tesoro del Gran Duca di Toscana: si legge in essa il nome dell' Artefice Protarco, in Dialetto Dorico, come offerò il Cav. P. Alessandro Maffei, il quale la diede il primo alla luce (2). Sembra da una certa rassomiglianza di lineamenti, che questo celebre artefice fosse condiscipolo di Trifone (3), il quale esprime le nozze di Amore e Psiche, che noi dopo riporteremo. Io non so per qual fatalità gli Scrittori non fanno menzione di questi due artefici; forse, perchè come dice Plinio (4), nè grande è la fama di molti, nuocendo il numero degli Artefici alla celebrità di certi nell' opere eccellenti, perchè nè un solo acquista la gloria, nè più parimente possono esser nominati.

Si vede nella gemma Amore fanciullo alato, sonando la lira, cavalcando un Leone, che rugge, per dimostrare la forza, e la possanza d' Amore, che con gli allettamenti ammolisce, e doma gli animi feroci. Narra Pausania (5), che l' antico pittore Paufia aveva dipinto amore, che gettato l' arco, e i dardi, tiene la lira. Pignoria (6) ancora ha pubblicato una gemma antica, nella quale è inciso Amore suonando la lira. In molti Musei si trovano simili gemme, che pare, che gli artefici posteriori l' abbiano presa da questa opera più antica di Protarco.

Di questo sì infigne artefice mi scrisse in data dei 21. Ottobre 1755. una lettera il Dottore Antonio Cocchi nelle Belle Arti, e nelle Scienze letterato sublime. Voi nella vostra opera riporterete il nostro bellissimo Cammeo dell' Amore, che suona la Lira sopra il Leone; Voi potreste correggere la lezione di ΠΑΩΤΑΡΧΟΣ, che ne han data i famosi Antiquari, contro la fede della pietra, e contro ogni ragione grammaticale, e di Storia. La vera Scrittura è ΠΡΟΤΑΡΧΟΣ.

Non ci è nessuna Divinità, la quale abbia esercitato tanto gl' ingegni de' più celebri artefici dell' Antichità, quanto il potentissimo Donatore degli Uomini, e degli Dei, Cupido. Imperocchè non lo rappresentarono in tante maniere per servire alla loro propria fervida immaginazione, ma per secondare il capriccio di coloro, che commettevano le opere. Tra questi celebri pittori Zeusi (7) dipinse in Atene nel Tempio di Venere un bellissimo Cupido coronato di rose. Nicarco (8) dipinse Venere tralle Grazie, e gli Amori. Arcefilao (9) fece gli Amori, che scherzavano con una Leoneffa, alcuni dei quali la tenevano legata, altri la costringevano a bere in un corno, ed altri le calzavano i focchi. Fecero ancora dei Cupidi Lisippo, Prassitele, Mio, Alcamene, Timilo, e Menodoro, che imitò l' opere di Prassitele (10).

Se qualcuno bramasse di conoscere in quante forme, e capricciose invenzioni sia stato rappresentato dagli Antichi questo Nume il più potente di tutti, può esaminare tra i monumenti dell' Antichità, le Statue, i Bassirilievi, e le gemme innumerabili, e ne resterà appagato il di lui desiderio. Noi bastantemente abbiamo parlato nel primo volume (11) di questo argomento, quando abbiamo illustrato la gemma di Alessandro, la quale rappresenta Amore Donatore del Leone.

Egregiamente Virgilio, ed Oppiano descrissero la forza, e la possanza d' Amore. Così cantò Virgilio (12):

Senza dubbio ogni specie de' Viventi
Su questa terra, e gli Uomini, e le Fere,
I Pesci, il Gregge, ed i dipinti Augelli
Accogliendo nel sen furiose vampe
Ardon d' amore, ed è lo stesso in tutti,

Z 2

E Op-

(1) Stofch Gem. p. 74.

(2) Maffei Gemme Tom. 3. n. 12.

(3) Certamente si può congetturare, che questo famosissimo artefice sia vissuto nel secolo di Alessand. il Macedone.

(4) Plin. lib. 36. cap. 5. pag. 326.

(5) Lib. 2. Corint. cap. 27.

(6) Aggiunte alle Immagini degli Dei del Cartari p. 317.

(7) Vedi lo Scoliafte di Aristofane negli Acarnesi v. 991.,

e Suida alla parola *Ανθρωπος* così dice. *Zeus Pittore dipinse nel Tempio di Venere un Amore bellissimo coronato di Rose.*

(8) Plin. lib. 35. cap. 11.

(9) Plin. lib. 36. cap. 5.

(10) Di questi Artefici vedi Junio de Pictura &c.

(11) Vol. 1. pag. 46.

(12) Virgil. Georg. lib. 3. v. 242.

Et Oppianus (13):

Valide Amor, quantus es! quanta est tua infinita potestas!
Quanta cogitas, quantum imperitas, quanta, Dive, ludis!

De hac gemma ait Clar. Gori (14): Amoris Cytharoedi caput, quod omnia eius imperio subiciantur, variis harmoniae modis temperentur, regio diademate revinctum est: quo etiam cultu eum ornatum describit Anacreon, & Philostratus (15); Nam probe a me inspecto huiusce gemmae archetypo, capilli ab eodem diademate coerciti, & compressi manifeste conspiciuntur. Alas quoque, quamquam securus, & quietus sedeat, expansas habet, ac volanti similes. Lyra tetrachordos, quam utrimque levibus digitis percurrit, tamquam basi insitit in dorso subiecti, ac domiti Leonis. Argentarius poeta eleganti epigrammate (16) generosissimam Belluam ab Amore domitam suberrime expressit, hisce versibus:

Qui video in gemma hac? Amor est. Auriga Leoni
Insidet, & frenis ora superba regit.
Dextera cervici flagra incutit, altera habenas.
Dum regit, in puero gratia hubique nitet.
Sed metuo immitem puerum. Mortalibus aegris
Quid faciet, qui sic corda ferina domat?

Numisma profecto singulare a Gesnero relatum est (17), in quo caput Alexandri Macedonis, in averfa parte Cupido Leoni insidet; non solum, ut inquit Lucianus (18), Leonibus ipsis iam familiaris sum, & saepe contentis eorum tergis, prehenfaque juba tanquam habenis eos rego, sed quoniam (teste Athenaeo (19)), est Deus amantium & fortium Virorum &c.

Non solum Protarchus artifex Cupidinis potentiam in leonem animalium regem exprimere voluit, verum etiam quomodo Amor & canum doceat, & saepe in nobis singulares quasdam Mathematicos gignat. Huic rei explicandae nobis lucem afferet Plutarchus, qui in quaestionibus Convivio. l. 1. sympof. q. 5. hanc movet quaestionem: Quomodo dictum sit, musicam quidem Amor docet, licet fueris prius rudis. Dicitur ergo fuit, Amorem vim habere ad omnia audendum, & novas res tentandum impellendi; Quamobrem Plato eum nihil intentatum relinquere dixit. Nam & de taciturno loquacem, & de verecundo officiosum reddit, & de negligente industrium, de Socorde impigrum, & quod maxime videatur alicui mirum, tenax homo, & fordibus in amorem incidens, tanquam ferrum in ignem emollitur, mitiorque fit, & facilius &c.

Valde tamen huc facit numismatis meminisse Faustinae Iunioris (20), quod a Nicaeae populis eifum est, & ita ab Havercampio (21) descriptum. Graecus Faustinae Iunioris nummus a parte capitis inscriptus ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Faustina Augusta. In altera parte ex subscriptione ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Hercules videlicet nudus Leoni gradienti incumbens femi-refupino corpore, clava eiusdem laevo inserta brachio, dextra adprehendit Cupidinem genu altero impositum, & cum eo blande ludit. Mihi videtur hic nummus non aliud posse demonstrare, quam Cupidinis potentiam supra Herculem monstrorum domitorem.

ALE-

(13) Opp. Cyneget. lib. 2. v. 410.

(14) Mus. Flor. vol. 2. pag. 6. Proculdubio caput Amoris, attente, & optime a me inspectum, non est diademate revinctum, ut alii etiam observaverunt.

(15) Anacreontem citat Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. §. Philostratum lib. 1. de Amore, Begerum in gemmas ex Thesaur. Brandeburgico pag. 80.

(16) Anabolog. lib. 1. cap. 27. n. 5.

(17) Gesner. Numism. Reg. Maced. Tab. 4. num. 13.

(18) Lucian. in dialog. Veneris e Cupid. vol. 1. pag. 234.

(19) Athen. lib. 13. pag. 561.

(20) Gesner. Numism. Imp. Tab. 115. n. 20.

(21) Nummophylacium Reginae Christianae Tab. 20. p. 113.

E Oppiano (13):

*Potente Amor, quanto sei grande, quanta
La tua infinita possa! quante intendi
Mai cose, in quante imperi, e in quante, o Nume,
Scherzi!*

Di questa gemma, così si espresse il Chiar. Gori (14): *La Testa d'un Amore, che suona la Lira, perchè son sottoposte al di lui impero tutte le cose, e son moderate con varie sorte di armonia, ha coronata la testa di un Diadema Reale, il di cui ornamento è descritto da Filostrato, e da Anacreonte (15). Avendo bene riguardato l'originale di questa gemma si veggono chiaramente i capelli legati e stretti dal medesimo Diadema. Benchè sicuro, e tranquillo siede, ha ancora le ali spiegate, e simili ad uccello, che vola. La Lira di quattro corde, che posa come una base sopra il dorso del domato Leone, la suona con le dita da ambedue le mani.* Argentario Poeta in un elegante Epigramma ingegnosamente espresse la generosissima Belva domata da Amore, così cantando (16):

*Qual nella gemma io miro? Egli è Cupido,
Che sul Leone siede, e'l guida, ed al suolo
La superba fronte col morso incurva;
La sferza al capo con la destra volge,
L'altra con briglia a suo voler lo guida.
E oh qual grazia nel pargoletto splende!
Ma quei, che facil sì le fiere doma,
Timor m'incute. All'uomo fral che fia?*

Una Medaglia molto fingolare è riportata dal Gefnero (17), nella quale da una parte è la testa di Alessandro il Macedone, nel rovescio Cupido cavalca un Leone; non solo, come dice Luciano (18), *gl'islesi Leoni già mi sono familiari, e spesso li cavalco, e gli regalo presa la loro guba, come per briglia*, ma perchè (secondo Ateneo (19)) è il Dio degli Amanti, e de' forti Eroi ec.

Non solo l'artefice Protarco ha voluto esprimere la potenza d'Amore sopra il Leone Rè degli animali, ma ancora come Amore insegna a cantare, e produce in noi spesso delle fingolari Metemiscosi. Plutarco ci servirà di guida in questa spiegazione, il quale nelle Questioni Conviviali L. 1. sympos. quaest. 5. fa una questione dicendo. *Perchè sia stato detto, che la Musica insegna Amor, benchè sia stato rozzo prima. Fu detto adunque, che Amore fa l'uomo ardito ad ogni impresa, e ci spinge a tentar cose nuove; Per la qualcosa Platone disse, che egli niente trascurava da non tentare: Imperocchè di saciturno fa l'uomo loquace, e di verecondo officioso, di negligente industrioso, di pigro sollecito, e quello, che particolarmente a ciascuno parrà maraviglioso, che se un uomo avaro e sordido s'innamorerà, nella guisa, che il ferro diviene tenero e molle, e più trattabile, così diventerà l'avarò innamorato e affabile ec.*

Fa molto a proposito di far menzione di una Medaglia di Faustina Iuniore (20), battuta dai Popoli della Nicea, così descritta da Avercampio (21). *Medaglia Greca di Faustina Iuniore coll'iscrizione dalla parte della testa ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Faustina Augusta. Nel rovescio l'iscrizione ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Si vede Ercole nudo stando col corpo mezzo sdraiato sopra un Leone, che cammina, colla clava nel braccio sinistro, colla destra prende Cupido posto sopra un ginocchio, e con quello piacevolmente scherza.* Mi pare che questa Medaglia non possa altro dimostrare, che la potenza d'Amore sopra Ercole domatore dei Mostri.

ALES-

(13) Oppiano della Caccia lib. 2. v. 410.

(14) Mus. Fiorent. vol. 2. p. 6. Senza dubbio la testa dell'Amore da me attentamente benissimo guardata non è coronata di un Diadema Reale, come ancora altri osservarono.

(15) Clemente Alessandrino cita Anacreonte lib. 6. Strom. 5. Filostrato lib. 1. de Amore, Begero nelle gemme del Tesoro di Brandemburgo pag. 80.

(16) Antholog. lib. 1. cap. 27. n. 5.

(17) Gefner. Numism. Macedon. Tav. 4. n. 13.

(18) Lucian. dialog. Veneris & Cupid. vol. 1. p. 234.

(19) Athen. Lib. 13. pag. 561.

(20) Gefner. Numism. Imp. Tav. 115. n. 20.

(21) Nummophylacium Reginae Christianae Tav. 20. pag. 113.

ALEXANDER MAGNVS.
PYRGOTELIS OPVS,*Ex Sardonyche anaglyphice exalptum.*

IN THESAURO PRINC. LOTHARII FRANCISCI ELECTORIS MAGUNTINI.

DUO Cammea celeberrimo Scalptorum omnium Pyrgoteli attributa fuerant, quae nunc inter eruditos omnino constat, saeculo XVI., cum pulchrae renascerentur artes, recentioribus manibus fuisse elaborata, veterique illi tanti nominis artificio supposita, quod & senserunt Antonius & eius filius Ioannes Pitler, & etiam Alfani, quibus nimirum hominibus nemo magis excellit in gemmis antiquis dignoscendis.

Quod attinet ad Cammeum, in quo Phocion repraesentari dicitur, cum nullum habeamus argumentum, quo potius hunc Heroem, quam alium esse opinemur, videtur tamen in dubium vocari non posse, quin opus fuerit Alexandri Caesari, cognomento Graeci; ita enim narrat Vasari (1): Quod omnibus antecelluit, caput fuit Phocionis Atheniensis: quippe opus est instar miraculi, ac pulcherrimum Cammeum, quod conspici possit.

Haec gemma primum publici juris facta est per Bellorium (2), ac deinde inter gemmas memorata ab Equite Maffei (3), & ad extremum a B. Stofch (4), qui omnes Pyrgotelis eam esse opus autumant. Hoc quidem iudicium trium illorum Antiquariorum non satis videtur dignum. Equidem pulchrum esse illud opus concedo, sed longe inferius opinione, quam de Pyrgotelis operibus antiqui Scriptores statuerunt.

Winkelmann in prima editione historiae pulchrarum artium (5) Phocionis caput in cammeo, credit antiquum, sed Phocionis, & Pyrgotelis nomina recentius apposita, sicuti in altera eiusdem historiae editione (6), evidenter demonstrat.

Gemma, quae Alexandrum exprimit, credita est Pyrgotelis manu elaborata a B. Stofch (7). Winkelmann non dubitat, quin opus antiquum sit, nomine tamen Pyrgotelis recentius adiecto (8). Tous les Auteurs, qui ont parlé de ces Pierres, les reconnoissent unanimement pour un ouvrage de cet Artiste: Il y a même de la temerité à revoquer en doute l'antiquité de la premiere. In altera editione (9) modestius loquitur, ubi tamen satis ostendit, se in eam vergere sententiam, ut opus idem vetus existimet. Quod tamen Lectores admiratione percellerit in antiquitatis studio versatos, est eius opinio, Herculem in ipsa gemma, non Alexandrum exhiberi. Rationes, quibus Herculem putat esse, satis ingeniosae videri possunt, sed miserae omnino sunt, & Antiquario indignae, quibus inducitur ad negandum ipsum esse Alexandrum. Ait enim (10). Addatur hoc caput regi pelle Leonis, quod ornamenti genus omnino est inusitatum in capitibus Alexandri: quum plurimi Magni Macedonis nummi (11) Leonis pelle contextum caput ipsius exhibent. Id etiam confirmatur auctoritate Constantini VII. Porphyrogeniti Imperatoris, qui ait (12). Macedonum Reges pro

(1) Vasari Vite de' Pittori vol. 4. p. 260. Phocion editus est a Gori in gemmis Zanetti Tab. 3. pag. 5., qui tamen nullo modo similis est Phocioni a B. Stofch edito. Vide in hanc rem Mariette Traité vol. 1. p. 128.

(2) Bellori. Immagini &c. Tab. 85.

(3) Maffei vol. 1. p. 77.

(4) Stofch Gem. Tab. 56. Clar. Gori etiam hallucinatus est in DaSyliotheca Smithiana vol. 2. pag. 14. asserens Alexandrum, & Phocionem opera Pyrgotelis esse.

(5) Histoire de l'Art. vol. 2. p. 220. in 8.

(6) Storia delle Arti vol. 2. p. 158. in 4.

(7) Loc. cit. Tab. 55.

(8) Loc. cit. vol. 2. p. 219. in 8.

(9) Loc. cit. vol. 2. in 4. pag. 197.

(10) L. cit. vol. 2. in 4. p. 197.

(11) Vide Gesnerum Numismata Regum Macedoniae Tab. 3.

4. & 5.

(12) De Thematis Imperii Thcu. 2. lib. 2. pag. 1454. vol. 6. in Operibus Mearsi.

ALESSANDRO IL GRANDE.

OPERA DI PIRGOTELE,

Scolpita in Sardonica.

DEL TESORO DEL PRINCIPE LOTARIO FRANCESCO, ELETTOR DI MAGONZA.

Due Cammei sono stati attribuiti al celeberrimo tra gl'incisori Pirgotele, ed è ormai noto agl'intendenti esser lavori fatti da Artefici del Secolo XVI. nel rinascimento delle Belle Arti, e postoli sotto il nome di sì illustre Artefice, e furono di questo sentimento Antonio, ed il di lui figlio Gio. Pikler, ed ancora Alfani, i più periti nella intelligenza di conoscere le gemme antiche.

Di quel Cammeo, che si dice rappresentare Focione, non abbiamo nessuno argomento per giudicare esser piuttosto questo Eroe, che un altro: pare però, che non si possa dubitare, essere stata opera di Alessandro Cesari, cognominato il Greco; imperocchè così narra Vafari (1): *Ma quello, che passò tutti, fù la testa di Focione Ateniese, che è miracolosa, e il più bel Cammeo che si possa vedere.*

Questa gemma fu prima pubblicata da Bellori (2), e dipoi mentovata tralle gemme dal Cav. Maffei (3), e finalmente dal B. Stofch (4), i quali tutti credertero esser lavoro di Pirgotele. Un tal giudizio certamente non par degno di questi tre Antiquari. Io non nego, che non sia un bel lavoro, ma di gran lunga inferiore all'opinione, che gli antichi Scrittori hanno stabilita dall'opere di Pirgotele.

Winkelmann nella prima edizione della Storia delle Belle Arti (5), credè antica la testa del Cammeo di Focione, e i nomi di Focione, e di Pirgotele posti più recentemente, siccome evidentemente lo dimostra nella seconda edizione della medesima Storia (6).

La gemma rappresentante Alessandro fu giudicata dal B. Stofch (7) opera di Pirgotele. Winkelmann giudica con sicurezza essere opera antica, col nome però aggiunto posteriormente dicendo (8): *Tous les Auteurs, qui ont parlé de ces Pierres, les reconnoissent unanimement pour un ouvrage de cet Artiste: il y a même de la temerité à révoquer en doute l'antiquité de la première.* Nell'altra edizione (9) parla più modestamente, dove però bastantemente dimostra esser del sentimento, che l'opera sia antica. Quello poi, che renderà ammirazione a tutti i dilettanti di Antichità, è la di lui opinione, che non sia espresso in questa gemma Alessandro, ma Ercole. Le ragioni, colle quali stima essere Ercole, possono sembrare ingegnose; ma sono del tutto compassionevoli, e non degne d'un Antiquario quelle, colle quali s'introduce a negare esser questo Alessandro; imperocchè dice (10): *Aggiungasi, che tale testa è coperta da una pelle di Leone, ornamento affatto insolito a quelle di Alessandro;* quando molte Medaglie del Gran Macedone (11) lo rappresentano colla testa coperta di pelle di Leone. Ciò è ancora confermato coll'autorità di Costantino VII. Porfirogenito, il quale dice (12): *Li Rè di Macedonia, invece della*

(1) Vafari Vite de' Pittori vol. 4. pag. 260. Un Focione lo pubblicò ancora Gori nelle gemme di Zannetti Tav. 3. p. 5., il quale però non rassomiglia a quel Focione pubblicato dal B. Stofch. Vedi a questo proposito Mariette *Traité &c.* pag. 128. vol. 1.

(2) Bellori Immagini Tav. 85.

(3) Maffei Vol. 1. p. 77.

(4) Stofch Gem. Tav. 56. S'ingannò ancora il chiar. Gori (*DaSyliothecca Smithiana* vol. 2. pag. 14.) afferendo

essere l'Alessandro, ed il Focione opere di Pirgotele.

(5) *Histoire de l'Art.* vol. 2. pag. 220. in 8.

(6) *Storia delle Arti* v. 2. p. 198. in 4. (7) Stofch l. c. T. 55.

(8) *Loc. cit.* vol. 2. p. 219. in 8.

(9) *L. c.* v. 2. in 4. p. 197. (10) *L. c.* v. 2. in 4. p. 197.

(11) Vedi Gesnero *Numismata Regum Macedoniae* Tav. 3. 4. e 5.

(12) *De Thematibus Imperii Them.* 2. lib. 2. p. 1454.

nell' *Opere del Meursio* vol. 6.

pro taenia, & corona, & purpura regia, Leonini capitis exsuis se redimunt, atque hoc gestamen coronam, & ornatum esse censent, eoque magis quam pretiosis lapidibus, & unionibus se decorari putant, ac testis hujus rei fide dignus est nummus Alexandri Macedonis, ejusmodi figura insignitus.

Duas gemmas, etsi non antiquae sunt, ideo produxi, ut nihil in hoc opere desidereretur eorum, quae Stofch in vulgus edidit.

Maximae luminosaeque virtutes in celeberrimo victorum Alexandro Magno eniuerunt, quamvis ille aliquibus a vitiis non fuerit immunis, quae non mediocrem eius gloriae maculam inusserunt. Inter haec vitia vanitas fuit, de qua Iuvenalis (13):

Unus Pellaeo juveni non sufficit orbis,
Aestuat infelix, angusto limite mundi.

Nihil de vitiis dicamus, (14), ad specimen aliquod virtutum ipsius exhibendum properantes. Cum hic Princeps ea esset aetate, qua vix aliqua futurarum virtutum apparent indicia, Magnus Dux, Magnus Politicus, atque Philosophus, demum Magnus Rex, cunctis admirantibus, extitit. Satis notae sunt eius res gestae, quibus bellica laus ei comparata est. Duo sufficiat asserere. Alterum est, quod Sacrae Litterae testantur (15). Et pertransit usque ad fines terrae, & accepit spolia multitudinis Gentium, & siluit in conspectu eius. Hoc est, ut explicat doctissimus Calmet (16), Tout lui obeit, tout ceda, tout plia sous son autorité, & sous la force des ces armes. Alterum est, quod a sapientissimo Plutarcho collatus est cum primo totius orbis terrarum duce Julio Caesare; Quin Hannibal celeberrimus Carthaginensis non dubitavit ipsum caeteris omnibus anteferre (17). Etenim interrogatus a Pub. Scipione Africano: Quem fuisse maximum Imperatorem crederet; respondit: Alexandrum Macedonum Regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset: quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. Idem doctissimus Plutarchus invidiis argumentis ostendit, quantus esset Alexander Politicus, quantusque Philosophus in tractatu De Fortuna Alexandri, qui totus legi mereretur. Equidem tantummodo dicam, hunc insignem Scriptorem ipsi Platoni illum antepone. Ait enim (18): Plato unicam Reipublicae formam scripsit, neque cuiquam persuasit, ut ea uteretur, quod erat aufera: Alexander amplius LXX. urbibus in Barbaris condidit Gentibus, disseminatisque per Asiam Graecis instituitis, a fera, & belluina vitae ratione hominem detraxit. Ac Platonis sane leges pauci legimus. Alexandri legibus multa hominum millia usa sunt, & utuntur: victique ab eo feliciores iis sunt, qui ipsum subterfugerunt, cum his nemo misere vivendi finem imposuerit, illos victor coegerit feliciter vivere. Id etiam probari potest iis, quae scriptor idem animadvertit (19). Asia ab Alexandro pacata, Homerum passim legebat, & Persarum, Sufianorum, Gedrisorumque filii, Euripidis, ac Sophoclis cantabant tragoedias.

Infinitae fuerunt in Alexandro animi dotes, quae magnum Regem ipsam efficerent, ac demonstrarent. In juvene victore, qualis Alexander fuit, praecipue spectanda est continentia, qua usus est, cum Roxanes pulcherrimae captivae amore correptus esset (20). Neque enim ea frui unquam ausus est, nisi legitimo deinde matrimonio sibi conjuncta.

Satis notum est Alexandri fuisse pulcherrarum artium scientiarumque saeculum, quibus impense favit, ita ut Apelli Campassem, quamvis pulcherrimam, & a se dilectam, concesserit, de qua historia legendus est Plinius, qui multa in eam sapienter adnotat (21): Namque cum dilecta sibi ex pel-

(13) Iuvenal. Sat. 10. v. 168. Vide in hanc rem Vol. Max. l. 8. c. 14. n. 2.

(14) Vide Christ. Cellarii dissertationem Q. Curtii editioni appositam: De virtutibus, & vitiis Alexandri Magni.

(15) Lib. 1. Machab. cap. 1. v. 3.

(16) Commentaire sur la Bible vol. 3. pag. 810.

(17) Epitom. Livii lib. 35. p. 286., et Livius lib. 35. cap. 14.

Vide in hanc rem Lucian. Dialog. XII. Mortuor. cap. 7. pag. 388. vol. 1. & Appianum Alexandrinum de Bello Syr. vol. 1. pag. 147.

(18) De Fortuna Alexandri Orat. 1. p. 347. vol. 2.

(19) Loc. cit.

(20) Arrianus Nicomed. De expeditione Alexandri lib. 4.

(21) Lib. 35. cap. 10. p. 250.

della Fascia, della Corona, e Porpora Reale, si circondano la testa colla spoglia d' un Leone, e stimano di esser decorati più con questo ornamento, che se fossero coronati di pietre preziose, e di perle, ed è una autentica riprova di ciò la Medaglia d' Alessandro Macedone, rappresentante la di lui figura in questa guisa.

Io ho riprodotto di nuovo le due gemme, benchè non siano antiche, perchè non manchi niente alla mia opera di quello, che ha dato alla luce il B. Stofch.

Le più grandi, e luminose virtù risplenderono nel più famoso tra i conquistatori Alessandro il Grande, quantunque non fosse esente da alcuni vizi, i quali non poco oscurarono la sua gloria. Tra questi vizi, fu la vanità, della quale Giovenale disse (13):

*Vuol più mondi Alessandro, e di cordoglio,
Perchè un sol ne possiede, ei s'ange, e suda.*

Tralascieremo di parlare de' vizi (14), e daremo un saggio delle sue virtù. Questo Principe essendo di quella età, nella quale i talenti appena principiano a svilupparli, riuni in se stesso tutte le qualità, che recarono a tutti ammirazione. Fu un gran Guerriero, un gran Politico, e Filosofo, e finalmente un gran Rè. Son bastantemente note le sue conquiste, per cui s'acquistò la lode di gran guerriero. Basterà riferirne due solamente. La prima dimostrata nei Sacri Libri (15): *E passò fino all' estremità della terra, e prese le spoglie di molte genti, e tutta la terra si tacque avanti a lui*, cioè, come spiega il dottissimo Calmet (16): *Tout lui obeit, tout plia sous son autorité, & sous la force de ses armes*. L'altra, che è stato dal sapientissimo Plutarco paragonato col primo guerriero del Mondo Giulio Cesare. Anzi il celeberrimo Annibale non dubitò d' anteporlo a tutti (17); Imperocchè interrogato da Pub. Scipione Africano: *Quale ei credesse essere stato il più gran Capitano d' armata*, rispose Annibale: *Alessandro Re de' Macedoni, perchè con piccola Soldatesca aveva sconfitto innumerabili eserciti, ed era andato agli ultimi confini della terra, l'andar nei quali era sopra ogni umana speranza*. Il medesimo dottissimo Plutarco con argomenti incontrastabili dimostra, quanto fosse gran Politico, e gran Filosofo nel trattato della *Fortuna* di Alessandro, che meriterebbe d' esser letto tutto; dirò solamente, che questo infigne Scrittore l' antepone all' istesso Platone dicendo (18): *Platone una sola forma di Repubblica ei descrisse, nè si è trovato pur uno, che sia stato persuaso, e che abbia potuto servirsene, perchè era aussera. Alessandro edificò più di settanta Città tra Barbare Genti, e sparse per l' Asia i costumi, e il modo di vivere dei Greci, e tolse via quella ferina maniera di vita. Pochi certamente leggiamo le Leggi di Platone. Molte migliaia d' Uomini però si sono serviti, e si servono delle Leggi di Alessandro. Più felici son quelli, che sono stati da lui vinti, di quelli che scamparono dal suo giogo; quando nessuno di questi potè mai il fine di vivere miseramente, e quelli il vincitore gli costrinse a vivere felicemente*. Ciò si può ancora provare da quello, che il medesimo Scrittore offervò (19): *Pacificata l' Asia da Alessandro si leggeva da pertutto Omero, e i Fanciulli di Persia, di Sasi, e di Gedriosa cantavano le Tragedie di Euripide, e di Sofocle*.

Infinite furono le doti dell'animo in Alessandro, che lo dimostrarono un gran Rè. In un giovane conquistatore, come fù questo Principe, deve principalmente considerarsi la di lui continenza colla bellissima Rossane prigioniera, dal di cui amore fù colpito: Contuttociò fu continente fintanto che non la prese per sua legittima Sposa (20).

Già sappiamo, che il Secolo di Alessandro fu quello delle Belle Arti, e delle Scienze, le quali grandemente protesse, a segno tale, che cedè ad Apelle Campaspe, benchè bellissima, e sua diletta; ascoltiamo le parole di Plinio, e le sue belle riflessioni sopra questa istoria (21):

Tom. II.

A a

Im-

(13) Giovenale Sat. 10. v. 168. Vedi sopra di ciò Valerio Massimo lib. 8. cap. 14. num. 2.

(14) Vedi Christophori Cellarii dissertationem Q. Currii editioni appositam, de Virtutibus & vitiis Alexandri Magni

(15) Lib. I. Machab. cap. 1. v. 3.

(16) Commentaire sur la Bible vol. 3. pag. 810.

(17) Epir. Livii lib. 35. p. 286., & Livius lib. 35. cap. 14.

Vedi a questo proposito Luciano Dialogo XII. de Morti cap. 7. p. 388. vol. 1. ed Apiano Alessandrino de Bello Syr. vol. 1. p. 149.

(18) De Fortuna Alexandri Orat. 1. p. 347. vol. 2.

(19) Loc. cit.

(20) Arriano Nicom. de expeditione Alex. 1. 4.

(21) Lib. 35. cap. 10. p. 250.

pellacis suis praecipue, nomine Campaspe, nudam pingi ob admirationem formae ab Apelle iussisset, eumque tum pari captum amore sensisset, dono eam dedit, Magnus animo, major imperio sui, nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantum suum, sed etiam affectum donavit artifice; Ne dilectae quidem respectu motus, ut quae modo Regis fuisset, modo pictoris esset. *Unde bene convenit in eum, quod Polyænus ait* (22): Alexander operam dabat, ut omnes homines benevolentia superaret.

Effectum patrocinii, quo pulchras artes scientiasque is fovit, demonstrat Plutarchus, ubi ait (23): Aetas Alexandri multas etiam artes, multa praeclara ingenia produceret, quamquam id fortasse non tam Alexandri fortunae imputandum, quam istorum felicitati adscribendam est, eum suae praestantiae spectatorem testemque nactus, qui & optime iudicare egregia opera, & liberalissime compensare posset. Existimo autem eos quoque, qui tum fuerunt, artifices primos, non tam aetate Alexandri, quam propter Alexandrum exitisse. Ut enim frugum copiam bona temperies, ac tenuitas aeris gignit; ita artium, & bonorum ingeniorum incrementa, benignitas, honor, & humanitas Regis efficit, & contra Principum invidia, sordes, aut studium contendendi omnia ista extinguit, atque perdit. *Hinc iure Spanhemius de Praest. & Uju Numism. pag. 10.* En tibi Magnum Alexandrum, quem eadem rerum antiquarum cupiditate flagrasse, auctor est Philostratus *lib. 1. cap. 4.* Unde & Curtius: *Cognoscendae vetustatis avidus vocatur. Mea quidem sententia tantus Rex dignior videtur immortalibus laudibus & admiratione ob patrociniū, quo pulchras artes, atque omne scientiae genus profectus est, quam ob res belli praeclare gestas, ac triumphos ex hostium clade reportatos. Hic pulchrarum Artium Heros edixit* (24), ne quis ipsum alias, quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lyfippus ex aere duceret. *Audiamus ea, quae in hanc rem observat Romanae Eloquentiae Pater* (25). Neque enim Alexander gratiae causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lyfippo fingi volebat; Sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriae fore putabat. *Ita Alexander maximo bonis artibus adjuvato fuit. Etenim ut sapiens idem scriptor animadvertit* (26). Honos alit artes, omnesque incendantur ad studia gloria: jacentque ea semper, quae apud quosque improbantur.

Scientias, ut diximus, etiam plurimum fovit, cum praesertim sublimi Philosopho Aristoteli provinciam demandavit, operamque maximam tulit, ut Naturae arcana investigaret. Alexandro Magno Rege, narrat Plinius (27), inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiae, Graeciaeque tractu parere iussa, omnium, quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinae, aviaria in cura erant, ne quid genitum ignoraretur ab eo, quos percontando, quinquaginta ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit.

Non injucundum erit lectoribus ea etiam, quae Quintus Curtius de studio & impensis tanti Regis ad naturae feliciter investigationem narrat, intelligere. Ait enim historicus (28). Cognoscendae rerum naturae tanto avidius incubuit, quanto pertinaciore spe imperium universi orbis prae-

(22) Pol. Stratagem. lib. 4. cap. 3. n. 1.

(23) Loc. cit. Orat. 2. p. 354.

(24) Plin. Hist. lib. 7. cap. 37. & lib. 37. cap. 1. Vide etiam Horatium lib. 2. Epist. 1. v. 239. & Plutarchum de Fortuna Alexandri Orat. 2. p. 356. & Valer. Maxim. lib. 8. c. 11. Ext. n. 2. & praesertim Apuleium qui in Flor. l. 1. p. 8. haec habet: Alexander noluit a multis artificibus vulgo contaminari: sed edixit universo orbi suo, ne quis effigiem Regis temere assimilaret aere, colore, caelamine: Quin ipse solus eam Polycterus aere duceret (in quo halucinatus est Apuleius de Polyctero, dum fuit Lyfippus, sicuti tot Scriptores narrant), solus Apelles coloribus delinere, solus Pyrgoteles caelamine excuderet. Praeter hos tres multo nobilissimos in suis artificibus, si quis uspiam reperiretur alius sanctissimi imagini Regis manus admovisset, haud secus in eum, quam in sacrilegum vindicaretur.

(25) Cic. Epist. Famil. lib. 5. Epist. 12.

(26) Cic. Tuscul. lib. 1. cap. 2.

(27) Lib. 8. cap. 16.

(28) Lib. 1. cap. 3. p. 17.

imperocchè amando particolarmente una delle sue concubine nominata Campaspe, comandò ad Apelle, che la dipingesse nuda, essendo un portento di bellezza, ed essendosi accorto, che quello era ugualmente innamorato, gli la diede in dono. Alessandro fu grande di animo, ma fu maggiore nell'impero di se stesso, nè minore per questa azione, che per qualunque vittoria: perchè vinse se stesso; nè solamente dette il letto suo all'artefice, ma ancora l'affetto, nè fu mosso dal rispetto della sua diletta, che fosse stata di un Rè, ora di un pittore. Onde ben li conviene ciò, che disse Polieno (22). Alessandro procurava di superar tutti gli uomini colla benevolenza.

Dimostra Plutarco (23) l'effetto della protezione ch'ebbe per le Belle Arti, e Scienze dicendo. Il Secolo di Alessandro fiorì di molti artefici, e di molti sublimi ingegni, benchè non si debba tanto attribuire alla fortuna d'Alessandro, che ascrivere alla felicità di questi, che ebbero un testimonio, e uno spettatore della sua eccellenza, il quale potesse giudicare de' loro eccellenti lavori, e generosissimamente remunerarli. Io per la qual cosa giudico, che gli artefici, che allora furono, fossero eccellenti non tanto per il Secolo di Alessandro, quanto per Alessandro stesso, che gli protesse. Imperocchè siccome l'aria buona, e temperata produce abbondante raccolta di biade, così crescono le arti, e i belli ingegni per la liberalità, per l'onore, e la cortesia dei Regi. Ed al contrario, diventano languide, e si perdono tutte queste cose per l'invidia, e sordido naturale de' Principi. Quindi meritamente Spanemio de Praest. & Usu Numisim. pag. 10. disse: *Eccoti Alessandro il Grande, che un vivo desiderio trasportò alla cognizione delle antiche cose, come riferisce Filostrato lib. 1. cap. 4. Onde ancora Curzio lo chiama avido di conoscere l'Antichità. A mio parere è più degno un tanto Rè di lode immortale, e di ammirazione per il patrocinio accordato alle Belle Arti, e ad ogni genere di scienza, che per i suoi trionfi, e conquiste. Quello Eroe delle Belle Arti comandò (24), che nessuno altro, che Apelle lo dipingesse, che Pirgotele lo scolpisse, e che Lisippo lo facesse in bronzo. Ora ascoltiamo sopra di ciò la riflessione, che fa il Padre della Romana eloquenza (25). Imperocchè Alessandro non per favore voleva principalmente esser dipinto da Apelle, ed effigiato da Lisippo, ma perchè riputava, che per l'arte loro, sì ad essi, come ancora a se farebbe di gloria. Così Alessandro fu di gran giovamento alle Belle Arti, come il medesimo sapiente Scrittore osserva (26): L'onore accresce le arti, e tutti s'accendono per l'amor della gloria, e son sempre reputate vili presso quelli, che le condannano.*

Protesse ancora, come abbiamo detto, le scienze, quando commesse, e dette grandi ricchezze al sublime Filosofo Aristotele per investigare gli arcani della Natura. Il Rè Alessandro il Grande, come narra Plinio (27), infiammato dal desiderio di conoscere la Natura degli Animali, incaricò di questa cura Aristotele, uomo sommo in ogni scienza, e comandò che alquante migliaia d'uomini per tutto il paese dell'Asia, e della Grecia ubbidissero ai suoi comandi, tutti quelli, i quali vivevano di cacciagione, e di uccellazione, e di pescagione, e tutti quelli ancora, che avevano la soprintendenza de' parchi, de' bestiami, degli alveari, delle pescchiere, e delle uccellerie, acciocchè da lui non s'ignorasse veruna cosa della generazione. Questo fu il motivo, consultando questa gente, perchè egli compose circa a cinquant'eccezionali volumi sopra gli animali.

Non farà discaro al Lettore d'intendere ancora quello, che narra Quinto Curzio della premura, e spese d'un Principe sì grande sopra la ricerca più felice della Natura; imperocchè dice l'istorico (28) Alessandro Magno più avidamente attese a conoscere la Natura delle cose, quanto con la più pertinace speranza era preoccupato alla conquista dell'impero di tutto il mondo.

A a 2

Dipoi

(22) Stratagem. lib. 4. cap. 3. n. 1.

(23) Loc. cit. Orat. 2. p. 354.

(24) Plin. lib. 7. cap. 37. e lib. 37. cap. 1. Vedi ancora Orazio lib. 2. Epist. 1. v. 239. e Plutarco de Fortuna Alexandri Orat. 2. p. 356. e Valer. Maxim. lib. 8. cap. 11. Ext. num. 2. e particolarmente Apuleio, il quale in Floridis lib. 1. p. 8. così parla: *Alessandro non volle, che i molti artefici a suo capriccio volgarmente l'espriessero, ma comandò al mondo tutto al suo dominio già soggetto, che nuno ardisse di incidere temerariamente in bronzo, nè dipingerlo, nè scolpito, e che il solo Policeteo l'incidesse in bronzo (in questo Apulejo ha preso abbaglio, poichè non fu Policeteo, ma*
Lisippo, come raccontano tanti Scrittori), il solo Apelle lo esprimesse con la pittura, il solo Pirgotele lo scolpisse. Che se alcun altro fuori di questi tre celebratissimi Artefici vi fosse stato, il quale osato avesse porre le mani a rappresentar nelle sue opere l'immagine del Rè santissimo, ne avrebbe vendicato l'ardire contro di quello, non diversamente che contra un sacrilego.

(25) Cicero. Epist. Famil. lib. 5. Epist. 12.

(26) Cicero. Tufcul. lib. 1. cap. 2.

(27) Lib. 8. cap. 16.

(28) Lib. 1. cap. 3. p. 17.

praeeperat, Cuius indagacionem postea quoque adjuvit, plane Regio & animo, & sumptu Aristoteli, quo natura animalium certius, atque perspectius commentari posset, tota Asia, Graeciaque parere iussit, quotquot venatu, aucupio, piscaturae vitam tolerabant, aut aliquam in eiusmodi negotiis peritiam assecuti fuerant. Constat in ejus operis impensas octingenta Talenta Philosopherum accepisse. Adeo autem cognitionem illam dilexit, ut in eam sumptum faceret, curamque impenderet, cujus fructum visurus non erat. *Haec octingenta Talenta valde notabilem auri vim efficiebant. Incertum tamen est, quanta esset ea summa; Etenim si Talenta erant Attica argentea, summam efficiunt Scutorum Romanorum 480000. Sin autem erant Talenta Attica aurea, quod probabilius est, ut putat Casaubonus in Athenaeum (29), sunt scutorum Romanorum 2000000., & insuper 800000.*

Gentium dominos, virosque maximam praesertim vitis perniciem inferre solent, neque supputari posse. Id autem vere de Alexandro nullo modo dici licet. Verissima enim illa sunt, quae celeberrimus Montesquieu scribit (30). Qu' est-ce que conquerant, qui est pleuré de tous les peuples qu' il a fournis? Qu' est-ce que cet usurpateur, sur la mort du quel la famille qu' il a renversée du throne, verse des larmes? C' est un traite de cette vie, dont les historiens ne nous disent pas, que quelque autre conquerant se puisse vanter. Et hic referre juvat, quae sagacissimo ingenio animadvertit de hoc Heroe doctissimus Comes Baldassar da Castiglione, qui l. 4. p. 372. sic loquitur: Num vobis haud videtur, Alexandrum suis victoriis utilem vitis fuisse? Plurimas eademque pulchras aedificavit civitates in regionibus incultis, ibi moralem vitam inducens, & Asiam Europae quasi conjungens amoris sacrarumque legum vinculo, ita quidem, ut quos ipse vicit, beatiores prae aliis extiterint, quod conjugia nonnullis ostenderit, & aliis Agriculturam, aliis religionem, aliis ne ucciderent parentes jam senectute gravatos, sed alerent; & aliis ut se abstergerent a concubitu cum matribus, & sexcenta alia, quae asseri possent in testimonium illorum bonorum, quae ex ipsius victoriis prodierunt. Ex his facile coniecit, hunc unum fuisse imperatorem, qui armis imperium Ovis sibi vindicavit, unaque humanitati latissime consuluerit.

Tanta fuit omni aetate gloria, quae viguit Alexandri, ut usque ad superstitionem coli videretur. Viri enim in annulis, mulieres in omnibus ornamentis tanti Regis gestabant imagines (31), quibus etiam in rebus praeclare gerendis non mediocre sibi auxilium suppeditari opinabantur. Alexander Severus Imperator ipsum in Deorum numero habuit (32). Augustus autem eius imagine in obsequando utebatur (33).

Inter huius Herois monumenta tria protoma colossalia Scalpri Graeci excellentis inveniuntur. Primum est in Museo M. D. Etruriae (34). Alterum in Museo Capitolino. Tertium, quod ad Sveciae Reginam pertinebat, nunc est Hispaniarum in palatio S. Idelfonsi. Vultus eius exprimitur facie versus coelum conversa, ita ut non modo animi nobilitatem, sed & maestriam quamdam praeseferat. Vergit autem aliquantisper versus humerum, quo eodem habitu Statua erat a perselebrī Lysippo elaborata, quam Plutarchus his verbis descripsit (35). Lysippo autem cum finxisset primum Alexandrum facie sursum conversa in coelum intuentem, sicut solebat suspicere Alexandrum, leviter inflexo collo: subscripsit quidam non absurde (36).

Aereus inspicens Divosque hominesque regentem

Velle mihi est visus talia verba loqui:

Magne tene Iupiter, neque enim prohibemus, Olympum,

Dum toto Tellus pareat orbe mihi.

Fortasse etiam artifex ea maestitiae signa in ejus vultu expressit, quippe qui novos mundos non poteris superare, aut ob aliud quodvis facinus ex ejus historia constans.

PHO-

(29) Athen. l. 9. c. 20. p. 505. juxta interpretationem Nat. Com. Fertur enim Stagyrites octingenta Talenta ab Alexandro in historias animalium accepisse; nam textus Graecus haec haec non veritas. Non intelligo, cur celeberrimus Casaubonus ita verzerit l. 9. p. 398. Ab Alexandro donatum fuisse Talentis octingentis ad impensam condendis libris necessariam. Non etiam intelligo, cur Aelianus Var. Hist. l. 4. c. 19. hoc celebre facinus non Alexandro, sed ejus patri Philippo Macedonum Regi tribuat. Perizonius ad Aelianum hanc summam deducit ad Carolinorum decies centena millia supra quatuor centum quadraginta millia, hoc est 1440000

(30) Esprit de Loix vol. 1. lib. 10. art. 21. pag. 259.

(31) Trebell. Pollio in vita Quietii p. 296. Alexandrum Magnum Macedonem viri in annulis & argento, mulieres in reticulis, & dextrocheris, & in annulis; & in omni ornamentorum genere exculpum semper habuerunt: eo usque, ut tunicae, & limbi, & penulae Matronales in familia eius hodieque sint, quae Alexandri effigiem de

licis variantibus, monstrant. Quia dicuntur iuvati in omni actu suo, qui Alexandrum expressum, vel auro gestant, vel argento. Dios. Ioan. Chrysostomus Cathac'esi 2 pag. 243. vol. 2. inquit: Aerea numismata Alexandri Macedonis in capite, vel pedibus quidam ligabant ad bonum omen.

(32) Lampridius in vita Alexandri Severi pag. 936. Alexandrum vero Magnum inter Divos et optimos in larario maiore consecravimus.

(33) Suetonius in vita Augusti cap. 50.

(34) Addison Voyage d'Italie Tom. 4. p. 293. postquam de protoma Mus. Fl. M. D. Etrur. loquutus est, ait, se alia duo aut tres eiusdem Alexandri vidisse protomas, quae sunt cum eodem habitu, eademque postura.

(35) De Fort. Alex. Orat. 2. p. 356. Vide eundem Scriptorem in vita Alexandri vol. 2. pag. 447.

(36) Vide in hanc rem Antholog. lib. 4. cap. 8. Epigr. 36. 37. 38. & 39. & Tzetzes Chil. XI. u. 368. p. 443.

Dipoi con animo Regio, e spesa l'aiuto per farne questa ricerca. Ed acciocchè Aristotele potesse più sicuramente, e più diligentemente scriver le memorie sopra la natura degli animali, comandò che tutta l'Asia, e la Grecia lo ubbidisse, e tutti quanti vivevano di caccia, di uccellazione, e di pesca, o che fossero periti in queste sorte di cose. E' manifesto, che per le spese di quest'opera riceve il filosofo ottocento Talenti, talmente amò questa cognizione, per cui fece questa spesa, ed ebbe questa premura, benchè non era per vederne il frutto. Questi ottocento Talenti facevano una confidentissima somma di denaro. E' incerto però quanta fosse questa quantità di denaro; imperocchè se erano Talenti Attici di Argento facevano la somma di scudi Romani 480000. Se poi erano Talenti Attici di oro, che è più probabile, come giudica Cafaubono sopra Ateneo (29) facevano la somma di due milioni, e 800000. scudi Romani.

I Conquistatori sono la rovina universale, e non si può calcolare il danno, che apportano principalmente alle Nazioni conquistate; ma non si può dir così di Alessandro. Verissime son quelle cose che scrisse il celeberrimo Montesquieu (30): *Qu'est-ce que conquérant, qui est plein de tous les peuples qu'il a soumis? Qu'est-ce que cet usurpateur, sur la mort duquel la famille qu'il a renversée du throne, verse des larmes? C'est un traité de cette vie, dont les historiens ne nous disent pas que quelque autre conquérant se puisse vanter.* Fa d'uopo ancora d'intendere le giustissime riflessioni sopra questo Eroo del dottissimo Conte Bald. da Castiglione, che nel lib. 4. p. 372. così parla: *Non vi par, che Alessandra giovasse con le sue vittorie ai vinti? Edificò tante belle città in paesi mal abitati, introducendovi il viver morale, e quasi congiungendo l'Asia, l'Europa col vincolo dell'amicizia, e delle Sante Leggi, dimodochè più felici furono i vinti da lui, che gli altri: perchè ad alcuni mostrò i matrimoni, ad altri l'agricoltura, ad altri la religione, ad altri il non uccidere, ma di nutrire i padri già vecchi; ad altri l'astenersi dal congiungersi con le madri, e mille altre cose, che si potrian dire in testimonio del governo che fecero le sue Vittorie.* Da questi fatti si raccoglie chiaramente, che questo è l'unico Conquistatore, che abbia reso del governo all'Umanità.

Tanta fu la gloria in ogni tempo della memoria di Alessandro, che era venerato fino alla superstizione. Gli uomini portavano l'immagine di sì gran Rè negli anelli, le donne in tutti gli abbigliamenti donneschi (31), perchè giudicavano esserli di governo, e di buono augurio in tutte le loro azioni. Alessandro Severo Imperatore lo collocò nel numero degli Dei (32), ed Augusto si fervè nel sigillare della di lui immagine (33).

Tra i monumenti di questo Eroo si trovano tre busti colossali di eccellente scalpello Greco, il primo nel Museo del G. Duca di Toscana (34), il secondo nel Museo Capitolino, il terzo che apparteneva alla Regina di Svezia, è presentemente nel Palazzo di S. Ildefonso nella Spagna. E' rappresentato il di lui volto con la faccia voltata verso il Cielo, il quale non solo dimostra la grandezza d'animo, ma ancora una certa mestizia. La testa è un poco piegata verso la spalla, e nell'istessa postura era una statua fatta dal celebre Lisippo, descrittici con queste parole da Plutarco (35): *Lisippo fece Alessandro col viso volto verso il cielo, siccome egli soleva guardare, e col collo alquanto piegato; un certo scrisse sotto elegantemente questi versi* (36):

*Al Ciel rivolto parla così a Giove,
Che gli uomini governa, e ancor gli Dei:
La Terra è tutta tua, tu l'abbi il Cielo.*

Forse ancora l'Artefice espresse questi segni di mestizia nel di lui volto per non poter conquistare de' nuovi Mondi, o qualche altra azione simile della sua istoria.

FO-

Non hic de Aquilae anatomia agemus, nec de maximo oculorum ejus acumine, non tam celso prae aliis avibus volatu, nec investigabimus, quot ova parituriat, & quanto tempore vivat. Satis erit innuere, sex Aquilae species juxta Aristotelem, Naturalistarum facile principem, distingui. Ait enim (3): Aquilarum plura sunt genera. Unum, quod Pygargus ab albicante cauda dicitur &c. Secundum Anataria, & Morphna a macula pennae &c. Tertium genus colore nigricante, unde nomen accepit &c.; colit montes ac sylvas, & Leporaria cognominatur &c. Quartum genus Percnopterus, ab alarum notis appellatum &c. Quintum genus est, quod Haliaeetus, hoc est marina, vocatur &c. Sextum genus Gnesium, id est, verum germanumque appellant. Plinius (4) Aristotelis opinioni fere conformis est, ut ipse quoque sex Aquilae species recenscat. Ait tamen: Quidam adjiciunt genus Aquilae, quam barbatam vocant. Pausanias celebris itinerator mentionem alterius Aquilae facit, quam se vidisse testatur, & de qua laudati Scriptores nullum sermonem instituisse videntur. Aquilas quidem, inquit (5), quas Cyenias vocamus candore oloribus perfimiles, ipse in Sipylo ad stagnum, quod Tantalii dicitur, conspexi. De Aquila marina Aristoteles haec narrat (6): Aquila marina illa clarissima oculorum acie est, ac pullos, adhuc implumes, cogit adversus intueri solem: Percutit eum, qui recusat, & vertit ad solem: tum cuius oculi prius lacrymarint, hunc occidit, reliquum educat. Hac tamen de re valde meritoque dubitat cl. Buffon (7).

Quid vero de Aquilae virtute dicam (8), qua singula Avium genera maxime supereminet, ut etiam Lepores, Vulpes, Cerviolas, Agnos, &c. rapiat devoretque? Hinc superba Romanorum natio, Mundi totius imperio posita, fastum & gloriae triumphum sibi vindicans, Aquilae signum, quasi vexillum extulit, uspoterque avis regina sit, & magni Iovis majestate digna, quam ideo

(1) Vide vol. 1. p. 132. seq. & pag. 214. & 248., nec non clariss. Mariette Traité &c. vol. 1. p. 63.

(2) L. 24. cap. 8. Egregie Poeta Albiuvonanus in obitum Mocaenatis cecinit v. 92.

Presso molliter ungue rapit.
Et Aratus Plocaum. p. 191.

Unguibus innocuis Phrygium rapuit Ganimedem.

(3) Hist. Animal. l. 9. cap. 32. Nonnullas tamen ex his ad vulturem refert, ut recte celebris Buffon animadvertit vol. 1.

p. 74. bistor. Naturel. des Oiseaux, ubi & meritas Aristotele laudes reddit.

(4) L. 10. cap. 3.

(5) L. 8. cap. 17.

(6) L. 9. cap. 34. Id Plinius confirmat l. 10. c. 3. Aelianus Hist. Animal. l. 2. c. 26. & Hygin. Astronom. l. 2. p. 67.

(7) L. c.

(8) Vide Arist. l. 9. c. 32. Aelian. l. 2. c. 39. Virgil. l. 9. v. 562. & Buffon l. c. pag. 82. 85.

CIII.

A Q U I L A .
O P E R A D I S C I L A C E ,

Scolpita in una Corniola.

DEL MUSEO DI MILORD PERCY FIGLIO DEL DUCA DI NORTHUMBELAND.

Quanto i Professori delle Belle Arti studiassero la natura degli Animali, noi già l'abbiamo osservato parlando di vari Animali incisi in Gemme, ed in Cammei da valenti Artefici (1). Scilace ancora ha voluto darci un'idea del suo talento nell'incidere una testa di Aquila, con un'espressione sì viva, e con un carattere così grande e maestoso, che corrisponde perfettamente alla Regina degli Uccelli, siccome meritamente il volgo la chiama. Ancora Leocare statuario per avere egregiamente scolpito l'Aquila, si rese assai celebre, di cui parlando Plinio così dice (2): *Leocare (fece) un' Aquila, che comprendeva quello, che in Ganimede rapiva, e a chi lo portava, astenendosi ancora di offender con l'ugna la sua veste.*

Noi tralascieremo di parlare dell'Anatomia dell'Aquila, della sua acutissima vista, del suo volare il più sublime; nè rintracceremo, quante uova faccia, nè quanto tempo viva. Basta a noi di accennare solamente, che secondo il gran Naturalista Aristotele si distinguono sei specie di Aquile, dicendo (3): *Molte sono le specie di Aquile. La prima si chiama Pigargo, per la coda bianca &c. La seconda Anataria, cioè che prende le Anatre, e Morfua dalla macchia delle penne &c. La terza specie è di colore nerastro, donde riceve il nome &c. abita i monti e le selve, ed è nominata Leporaria dal prender le Lepri &c. La quarta specie è il Pernostero (cioè di penne nere) dal contrassegno delle penne &c. La quinta specie è chiamata l'Alieto, cioè l'Aquila marina &c. La sesta specie la dicono Gnesfo, cioè vera, e legittima. Plinio s'uniforma quasi in tutto al sentimento di Aristotele, di essere sei le specie di Aquile. Dice però (4): *Alcuni aggiungono un'altra specie d'Aquila, che si chiama barbata.* Pausania celebre viaggiatore fa menzione di un'altra sorte di Aquila, che dice di aver veduto, e della quale hanno taciuto i prefati Scrittori. *Le Aquile, dice (5), che noi chiamiamo Cignee, somigliano al candore dei Cigni, io le ho vedute nel Sipilo in una palude, che si dice il Tantalò.* Dell'Aquila marina così parla Aristotele (6): *L'Aquila marina è quella, che ha una vista penetrantissima, e che sforza gli Aquilotti senza penne di riguardare di faccia il Sole. Percuote quello, che ricusa, e lo rivolge verso il Sole: Se i di lui occhi allora lacrimano, gli uccide, il restante gli educa.* Di questo fatto però assai giustamente dubita il celebre Sig. Buffon (7).*

Cosa poi dirò della gran forza dell'Aquila (8), che supera grandemente in questo tutti gli altri uccelli, dimodochè rapisce ancora, e divora le Lepre, le Volpi, i piccoli Cervi, gli Agnelli &c.? Quindi la superba nazione Romana, fattosa per la conquista di tutto il mondo

(1) Vedi il vol. 1. p. 132. seg., e pag. 214. e 248., e il chiar. Mariette Traité &c. vol. 1. p. 63.

(2) L. 24. c. 8. Eccellentemente il Poeta Albinovano nella morte di Mecenate v. 92. così cantò:

Coll' unghie delicatamente il rapì.

E Arato Phoenom. p. 191.

Etta pur rapì il Ganimede Erigio

Con innocenti unghie.

(3) Arist. Hist. Animal. l. 9. cap. 32. Alcune però di queste specie le riferisce agli Avvoltoi, come bene ha os-

servato il celebre Buffon vol. 1. p. 74. Hist. Natur. des Oiseaux, dove fa un dovuto elogio al Principe dei Naturalisti Aristotele.

(4) L. 10. cap. 3.

(5) L. 8. cap. 17.

(6) L. 9. cap. 34. e lo conferma Plinio l. 10. c. 3. Eliano Hist. Animal. l. 2. c. 26. e Igino Astron. l. 2. p. 67.

(7) L. c.

(8) Vedi Arist. l. 9. c. 32. Eliano l. 2. c. 39. Virg. l. 9. v. 562. Buffon l. c. pag. 82. 85.

ideo & Cajus Marius, armis inuictus, inter Romanas Legiones iussit admitti, iisdemque proprie dicari (9). Quid mirum ergo si Aquila & Iovi dicata, & inter constellationes, adnumerata fuerit (10)? His enim exornata dotibus honores istos jure promeruit,

Animalia quidem singula, avesque ferociores, usu, cultura, laboribus, ac leoniciniis que mansuescunt. Ipse Leones & Tigres vidi, quas, ut agnos, mansuetas & familiares, ita loqui fas est homines sibi reddiderant. Unde nec mihi dubium est, quin fides praebenda sit Plinio, qui rem admiratione dignam de quadam Aquila enarrat, ut etiam capitulum de illa composuerit, cui titulus; Mirum de Aquila (11). Est percelebris apud Seston urbem Aquilae gloria: educatam a Virgine retulisse gratiam, aves primo, mox deinde venatum aggerentem: defuncta postremo, in rogam accensum ejus iniecit sese: & simul conflagrasset. Quam ob causam incolae templum, quod vocant Heroum, in eo loco fecere, appellatum Iovis & Virginis, quoniam illi Deo ales adscribitur. Simile quidpiam Aelianus fert de Aquilae amore erga suos nutritios, dicens (12): Genus Aquilarum etiam in nutritores suos admirabilem caritatem retinet, cujus rei exemplum est Aquila Pyrrhi, quam ab omni cibo se prorsus abinentem, mortuo domino suo, immortalam fuisse ferunt. Quod idem alumna viri privati fecisse dicitur, sese nimirum in medios rogos, cum dominus cremaretur, immisisse. Hae tamen historiae me quidem in admirationem minime rapiunt. Nobis enim Florentiae notissima est nostri aevi historia cujusdam inter belluas essetatisimae tigris, quae ferarum septo simul cum cane vivebat, & singulari sese mutuo amore admirandoque prosequerantur. Obiit tandem tigris. Tum canis non solum e septo exire renuit, etsi modis omnibus in hunc finem illi blandiri tentaverint, verum noluit etiam, esquisitissimis quoque sibi exhibitis cibis, eos de gustare: Hinc paucis post diebus occubuit. Qui alia de Aquila scire desiderat, adeat Memoires pour servir a l'Histoire Nouvelle des Oiseaux vol. 1. p. 291. seqq. Buffon Hist. Naturel. des Oiseaux vol. 1. p. 71. seqq., Jonstonium, Aldovrandum aliosque.

(9) Plinius l. 9. cap. 4.

(10) Erastost. Cataster. p. 124., Hygin. l. 2. p. 67. & Arati Phoenom. p. 191.

(11) L. 10. cap. 5.

(12) Hist. Animal. l. 2. c. 40. Vide Tacite Chil. 4. unum.

134. p. 327. de Aquilis, quae cum dominis suis commoratae sunt. Confer in hanc rem eundem Aelianum l. c. lib. 12. c. 27., quod Aquila infantem servavit, & l. 6. cap. 29. de Aquila redamante puerum formosum, & l. 17. c. 37. quomodo Aquila ab homine auxilium adsecuta, statim ei beneficium retribuerit.

do al suo impero soggetto, volle inalberare nelle sue insegne l'Aquila, come regina, e degna della maestà di Giove, e l'invitto guerriero Caio Mario ordinò, che fosse posta nelle Legioni Romane, e alle medesime consacrata (9). Qual meraviglia adunque se l'Aquila fu dedicata a Giove, e annoverata tralle celesti costellazioni (10)? Di tanti pregi adorna, meritò giustamente sì fatti onori.

Tutti certamente gli animali, e gli uccelli i più feroci con l'uso, gli ammaestramenti, con la fatica e le carezze si rendono mansueti e si addomesticano. Io stesso ho veduto i Leoni, e le Tigri rese mansueti e famigliari, se pur così può dirsi, come agnelli. Quindi senza dubbio io giudico, che debba prestarsi fede a Plinio, il quale racconta un prodigioso fatto di un'Aquila, di cui ne fà un capitolo intitolato: *Mirum de Aquila* (11): *E' celebratissima la fama di un'Aquila nella Città di Sesto. Questa fu allevata da una Vergine, a cui li dimostrò la sua riconoscenza: primieramente le portava degli uccelli; dipoi della cacciagione; finalmente essendo morta la Vergine, e bruciando il suo corpo sopra il rogo, l'Aquila si gettò sopra, e si abbruciò con essa. Per la qualcosa gli abitanti di Sesto edificarono in quel luogo un tempio chiamato di Giove, e della Vergine, perchè l'Aquila si appropriò a questo Dio.* Una Storia molto confimile la racconta Eliano dell'amore di un'Aquila verso di quei, che la nutrivano, così dicendo (12): *Una specie di Aquile hanno un meraviglioso affetto verso i suoi nutritori. Un esempio di ciò è l'Aquila di Pirro, la quale, essendo morto il suo padrone, si astenne del tutto da ogni cibo, e dicono che morisse. Il medesimo si racconta di un'Aquila allevata da un uomo privato, che si gettò nel mezzo del rogo, quando bruciava il corpo del suo padrone.* Io non resto sorpreso per questi racconti, mentre abbiamo un'istoria a tutti i Fiorentini della nostra età ben nota di una tigre animale il più feroce, la quale conviveva nel ferraglio delle fiere con un cane con un affetto tra di loro scambievole, e in verità meraviglioso. Morì di morte naturale la tigre. Il cane non folamente non volle per qualunque allettativo escire dal ferraglio, nè tampoco volle gustare qualunque appetente cibo, che gli fosse somministrato; che perciò dopo lo spazio di pochi giorni morì. Chi bramasse sapere varie cose intorno all'Aquila può consultare le *Memoires pour servir a l'Histoire Naturelle des Oiseaux* vol. 1. pag. 291. &c. e *Buffon Hist. Natur. des Oiseaux* vol. 1. p. 71. &c. Aldovrando, Ionstonio ed altri &c.

TE-

(9) Plinio l. 9. c. 4.

(10) Eratostene Cataster. p. 124. Igino l. 2. pag. 67., e Arato Phoenom. p. 191.

(11) L. 10. cap. 5.

(12) Hist. Animal. l. 2. cap. 40. Vedi Tzetze Chil. 4. num. 139. pag. 327. delle Aquile, che insieme morirono

con i suoi padroni. Osserva a questo proposito il medesimo Eliano l. c. lib. 12. cap. 27. che un'Aquila conservò un fanciullo, e nel lib. 6. cap. 29. un'Aquila amava un bel fanciullo; e nel l. 17. cap. 37. come l'Aquila, avendo avuto foccorso da un uomo, subito gli dimostrò la sua riconoscenza.

CIV.

SILENI CAPUT.
SELEUCI OPUS,*Carneolae incisum.*

APUD SENATOREM CERRETANI FLORENTIAE.

Haec Seleuci gemma a Stofeb (1) apud Senatorem Cerretani & a Gori (2), in Museo Riccardiano allegata, non amplius adest, cumque nullibi ejus apophragisma invenerim, nullam quoque de Opificis solertia afferre conjecturam possum.

In hac gemma Sileni (3), fortasse Satyri, caput videtur recalvastrum, bederacea corona redimitum; Frons ipsius tuberosa (4), naso confuso, oculi emissicii, eminentia supercilia, & patulum, barba borride impexa atque intorta, tota denique ejus effigies ad hilaritatem & risum miro artificio composita.

Varii recensentur Sileni (5), quorum primus ille fuit, qui regnavit in insula Nisae (6). Omnium tamen celeberrimus fuit Bacchi Nutricius (7), sicuti etiam Diodorus Siculus affirmat, iniquis (8): Paedagogus illi, porro ajunt, bellorumque focus erat Silenus, optimorum auctor ac magister studiorum, qui multum Baccho ad virtutem & gloriam commodavit.

Pausanias (9) enarrat, Athenienses Satyrorum perversissimi appellasse Silenos, sibi que quemdam Euphemium perbibuisse fidem, quod Satyrorum insulae extarent. Ptolemeus (10) etiam in Indiis tres Satyrorum insulas reperiri asserit, immo & Satyrorum montem in Aegypto refert (11). Plutarchus in vita Syllae (12) memorat, ex Apollonia Satyrum ea forma, qua fingi & pingi eos videmus, captum, & ad Syllam adductum fuisse. Hunc interrogatum per multos interpretes quisnam esset, aegre vocem edidisse, non quae intelligi posset, sed asperam, ac mixtam equini, ex hinnitu & hirci balatu, eaque territum Syllam, abominatum a se dimississe.

Existimandum plane mihi videtur, hujusmodi Satyros, quos praefati Auctores referunt, homines vultu terretimos fuisse, hispida quidem crura, minime capreos pedes habentes, ut censuit D. Hieronymus (13). Aelianus (14), & Plinius (15) inter vera animalia Satyros ponunt.

Aliquid de hedera, qua Sileni caput redimitum est, dicamus. Hederae servum gestat supra verticem Silenus. Norunt vero omnes hederae Baccho gratissimam esse: ipsa enim veluti corona cingebatur, ut vel ipse Homerus ostendit (16):

Hedera coronatum Bacchum altifonum incipio canere.

Cur Baccho sacra hedera, varias causas asserit Plutarchus (17). Bacchantes etiam hedera coronabantur, immo & tota Bacchi familia (18); quare & noster Silenus hedera coronatus adspicitur.

SOL-

- (1) Gem. p. 84.
 (2) Mus. Flor. vol. 2, tab. IX. p. 24.
 (3) De Sileni nomine, sicut de illius figure, & a Satyris differentia, plura in notis ad Aelian. l. 3. Var. hist. c. 18.
 (4) Lucian. Dial. Deor. Concil. vol. 3, p. 530. ita describit: Calvus fenex, fumis naribus.
 (5) Orph. Hymn. p. 353.
 (6) Diad. Sic. vol. 1. l. 3, p. 240.
 (7) Vide Eurip. in Cycl. Act. 1. Sc. 1. & Orph. Hymn. l. c.
 (8) Diad. Sic. lib. 4. p. 230. Vide Cicero, in hanc rem Tuscul. l. 1. cap. 48. & Not.
 (9) Paus. Lib. 1. cap. 23. Maximos enim natu Satyrorum Silenos nuncupant.
 (10) Geograph. l. 7. c. 2. p. 260. Satyrorum tres Insulae, qui has inhabitant; caudas habere dicuntur, quales Satyrorum pingunt. Vid. Philostr. in vit. Apollon. l. 6. c. 13.
 (11) Ibid. l. 4. c. 7. p. 147.
 (12) Vol. 2. p. 143.
 (13) In vit. S. Pauli Evem. T. 4. P. 2. p. 71.
 (14) Hist. animal. l. 6. c. 15.
 (15) L. 7. c. 2. & l. 8. cap. 54.
 (16) Hymn. in Bacch. p. 361. Vide etiam M. A. Ol. Ne-mosan. Ecl. 3. v. 18. Ovid. Fast. l. 3. v. 767. & Plutarch. de Isid. & Osir. pag. 150. Hederae Graeci Baccho consecrant.
 (17) L. 3. Symp. Quaesl. 1. p. 171. & q. 5. p. 179.
 (18) V. Eurip. in Bacch. Act. 1. & praefertim Natal. Comit. Mythol. l. 5. c. 12. p. 418.

TESTA DI SILENO.

OPERA DI SELEUCO,

Incisa in Corniola.

APPRESSO IL SENATORE CERRETANI DI FIRENZE.

Questa gemma di Seleuco mentovata da Stofch (1) presso il Senator Cerretani, e dal Gori (2) nel Museo Riccardi, più non si ritrova, e non avendo potuto vederne un'impressione, non posso addurre nessuna congettura della perizia di questo artefice.

In questa gemma di Sileno (3), e forse di Satiro, si vede una testa calva nella fronte, coronata di Ellera; la di lui fronte protuberante col naso schiacciato (4), con gli occhi in fuori, e i sopraccigli eminenti, la bocca aperta, la barba incolta, e tortuosa, finalmente tutta la di lui effigie con maraviglioso artificio spirava ilarità e riso.

Molti furono i Sileni (5), il primo de' quali fu quello che regnò nell'isola di Nisa (6), ma il più celebre fu il nutrito di Bacco (7), come afferma ancora Diodoro Siculo dicendo (8), che *Sileno era, come dicono, Pedagogò, e Nutrito di Bacco, e compagno nelle guerre, ed autore, e maestro degli ottimi studi, il quale fu di gran giovamento ispirando a Bacco la virtù, e la gloria.*

Pausania narra (9), che gli Ateniesi i più vecchi de' Satiri gli chiamano Sileni, e che un certo Eufemio avea raccontato esserci l'isole dei Satiri. Tolomeo (10) ancora asserisce trovarsi nell'Indie tre Isole de' Satiri; anzi riferisce esserci nell'Egitto la montagna de' Satiri (11). Plutarco nella vita di Silla (12) racconta, che fu preso, e condotto dall'Apollonia un Satiro a Silla, che era di quella figura, che noi veggiamo scolpiti, e dipinti. Interrogato questo da molti interpreti chi fosse, difficilmente tramandò fuori la sua voce, la quale non si potette intendere, ma una voce aspra, e mescolata del mrire de' Cavalli, e del belare de' Caproni. Silla spaventato, comandò, che fosse levato via, come cosa da abborrire.

Mi pare certamente che si possa giudicare, che questi Satiri mentovati da questi autori fossero uomini di tetrissimo aspetto con gambe irfute, ma che non avessero i piedi di Capra come disse S. Girolamo (13). Eliano (14), e Plinio (15) pongono i Satiri tra i veri animali.

Dichiamo qualcheda dell'Ellera con la quale è coronata la testa di Sileno. Tutti fanno che l'Ellera è gratissima a Bacco, della quale coronavasi, come lo dimostra Omero (16).

*D' Edracrinito Bacco alifremente**Io principio a cantar.*

Plutarco (17) riferisce varie cagioni, perchè l'Ellera era consagrata a Bacco. Si coronavano ancora di questa pianta i Baccanti, anzi tutta la comitiva di Bacco (18). Per la qualcosa il nostro Sileno si vede coronato di Ellera.

Tom. II.

D d

SOL-

(1) Gem. p. 84.

(2) Mus. Flor. vol. 2. Tav. IX. p. 24.

(3) Del nome di Sileno, siccome della di lui figura, e differenza dai Satiri, possono vederse molte cose nelle note ad Eliano Var. Hist. lib. 3. cap. 18.

(4) Luciano Dialog. Deor. Concilium vol. 3. pag. 530. così lo descrive: *Vecchio calvo, con naso schiacciato.*

(5) Orph. Hymn. p. 353.

(6) Diod. Sicul. vol. 1. lib. 3. p. 240.

(7) Vedi Eurip. in Cycl. Att. 1. Sc. 1. ed Orf. Hymn. l.c.

(8) Diod. Sic. lib. 4. pag. 230. Vedi a questo proposito Cicrone nelle Tusculane lib. 1. cap. 48. e le note.

(9) Pausania lib. 1. cap. 23. *Danno il nome di Sileni ai Satiri, che sono più avanzati in età.*(10) Geogr. L. 7. c. 2. p. 260. *Tre Isole de' Satiri. E quei, che vi abitano, dicono che hanno la coda, come si dipingono i Satiri.*

Vedi Filostrato nella vita d' Apollonio lib. 6. cap. 13.

(11) Ivi lib. 4. cap. 7. pag. 147.

(12) Vol. 2. p. 143.

(13) Nella Vita di S. Paolo Erem. T. 4. P. 2. p. 72.

(14) Hist. Animal. lib. 6. cap. 15.

(15) Lib. 7. cap. 2. e lib. 8. cap. 54.

(16) Hymn. in Bacch. p. 361. Vedi ancora M. A. Ol. Nemesian. Ecl. 3. v. 18. Ovid. Fast. lib. 3. v. 767. e Plutarco de Isid. & Osir. p. 150. *I Greci consacrano l'Ellera a Bacco.*

(17) Lib. 3. Sympos. Quæst. 1. p. 171. e Q. 5. p. 179.

(18) Vedi Eurip. in Bacch. AR. 1. e particolarmente Natal. Conti Mythol. lib. 5. cap. 12. p. 418.

S O L O N .

Quatuor hic gemmae afferuntur Solonis nomine : Diomedes Palladium rapiens , Medusa , Cupido , & Caput , quod Maecenatem signare autumant . Plures , ut videbimus , inter se omnino diversos fuisse Solones harum gemmarum artifices , nemo est , qui inficias ire possit . Quisquam vero is fuerit , qui Diomedem Palladium rapientem inciderit , tuto dijudicare haud possumus : ea enim gemma cum aliis pluribus a Museo Stroziano adverso fato abrepta fuit ; cumque nullum ejusdem aposphragisma unquam viderimus , nec conjecturis de illa quidpiam assequi datum est . Atque istum ab aliis diversum demonstrat additio vocis ΕΠΟΙΕΙ nomini Solonis . Clar. Stofch (1) inquit . Solones duos eximios scalptores fuisse , quorum alter antiquior , & Pyrgotelis aevo proximus , ut ex Scalpturae ingenio , & litterarum forma apparet , Medusam hanc inciderit , alter Augusti aevo florens , Diomedem , Maecenatem , & Cupidinem fecerit . Et re quidem ipsa Solonem Medusae Scalptorem florentissimis Graeciae temporibus vixisse , ex eo potissimum conicitur , quod ejus nomen grandioribus literis mediocriter elaboratis incisum appareat ; cum minutissimae tamen sint , singularis formae , & punctis in extremitatibus signatae , quae praefereunt nomina Dioscoridis , Cneii & Illi , qui sane Augusti aetate floruerunt . Ab. Vinkelmann (2) existimavit unum Solonem artificem fuisse , & in notis ad eundem librum (3) , loquitur de Herculis capite Solonis nomen praeferentis , quod facile recentis artificis est opus . Huius gemmae alio in libro (4) mentionem facit , sicuti de alia gemma , (nomine Solonis insignita recens profecto etiam opus ,) in qua & Victoria Taurum sacrificans .

Idem auctor (5) postquam de gemma Maecenatis caput , ut arbitrantur , exhibente Solonis nomine decorata loquutus est , aliam huic similem vetustamque recenset , quae idem Maecenatis caput , idemque Solonis nomen praefert , eademque in Museo Siciliarum Regis existit . Clarissimus peritissimusque Antiquarius Abbas Zarillo , ejusdem celeberrimi Musei custos atque director , aposphragisma laudatae gemmae ad me misit , ex quo conici potest , Solonem Maecenatis imaginem duplicasse . Insuper aliam gemmam omnino similem dictis nominat in Museo Riccardiano existentem ; haec tamen cum non amplius extet de eadem sermonem instituere non possum .

Clarissimus praefatus Scriptor (6) de gemma loquitur , quae Solonis nomen praefert , & Bacchantis protomam repraesentat , quae thyrsus super humeros gestat , eamque edidit . Monum. Ant. Ined. Travat. Pr. p. 25. & 91. Cum essem Romae , aposphragisma hujus gemmae , praestantis & plane singularis opificii conspexi , atque mihi Amazonem repraesentare visa est , non secus ac etiam in hoc protoma exprimi videtur , atque pro thyrsu securum habet . Etsi vero enixius adlaboraverim , ut aliquid hujus gemmae aposphragisma observarem , nullum tamen prae oculis habere potui : & cum anceps haereream , utrum Bacchans , an potius ut opinor , Amazon sit , eam in lucem edere nequeo .

Doctissimus Gori (7) Medusae gemmam explicans haec habet . Quod copiose Callistratus (8) , & eleganter describens marmoream insignem statuam Bacchae infanientis a Scopa factam , pronuntiavit , eum divino quodam furore percitum , in statuae quoque opificium afflatum ipsum transfussisse ; idem merita laude affirmari potest de Medusa formosissima , praecipuo locupletissimo Stroziae Daetyliothecae ornamento ; quam crebris anguib. non ad horrorem , sed ad voluptatem admirationemque excitandam crinitam (9) , Solon praefantissimus gemmarum scalptor , mirandis absolutissimi vultus lineamentis summoque artificio , naturam ipsam provocante , quodam oestro plenus , ut archetypum ipsum clare testatur , effinxit . Unde conceptum facile est , quam

vere

(1) Gem. p. 86.

(2) Histoire de l'Art. vol. 2. in 8. p. 276.

(3) Storia delle Arti vol. 2. in 4. p. 309.

(4) Descript. de Pier. du Stofch p. 270. & Storia delle Arti in 4. p. 309.

(5) Descript. p. 442.

(6) L. c. p. 251.

(7) Mus. Flor. vol. 2. p. 20.

(8) In expositione Statuarum Num. II. p. 265.

(9) Hoc nimis inflate dictum arbitror ; nemo enim sibi unquam persuadebit crebras Serpentes crinibus circumvolutas potuisse admirationem voluptatemque excitare , ut asserit Gori .

S O L O N E .

Quattro gemme qui si riportano fregiate col nome di Solone: Diomede, che rapisce il Palladio, la Medusa, il Cupido, e la Testa creduta di Mecenate. Nessuno certamente potrà negare, come vedremo, che fossero più i Soloni artefici di queste gemme, tra loro onninamente diversi. Quale però sia stato quello, che scolpi Diomede rapitore del Palladio, non possiamo giudicarlo sicuramente, essendo stata questa gemma con altre molte, con grave danno dell' Antiquaria, involata dal Museo Stroziano; e non essendosene da me veduta l' impressione, neppure possiamo congetturarlo. Contuttociò questo Solone è dagli altri diverso, e lo dimostra la parola ΕΤΟΙΕΙ aggiunta al suo nome. Il chiar. Stofsch (1) dice essere stati due Soloni eccellenti incisori, dei quali, uno per la formazione delle lettere, e per la maniera d' incidere questa Medusa dimostra essere vissuto verso i tempi di Pirgotele, l' altro che fece il Diomede, il Mecenate, ed il Cupido esser fiorito ne' tempi di Augusto. Infatti, che il Solone artefice della Medusa sia vissuto nei floritissimi tempi della Grecia, si deduce principalmente da ciò, che il di lui nome si osserva inciso con lettere più grandi, mediocrementemente lavorate; però minutissime, e di una bellezza incomparabile, e co' puntini nell' estremità sono quelle co i nomi di Dioscoride, di Cneio, ed Illo, i quali certamente fiorirono al tempo di Augusto. L' Ab. Winkelmann (2), giudicò essere stato un solo artefice Solone, e nelle note al medesimo libro (3); parla di una testa di Ercole col nome di Solone facilmente lavoro moderno. Fa menzione di questa gemma in un altro libro (4). Siccome di un'altra gemma (col nome di Solone lavoro certamente moderno), nella quale è una Vittoria che sacrifica un Toro.

L' istesso Autore (5) dopo aver parlato della gemma esprimente la testa del pretefo Mecenate del Principe Lodovisi a Roma insignita del nome di Solone, fa menzione di una gemma consimile ed antica coll' istessa Testa di Mecenate, e coll' istesso nome di Solone esistente nel Museo del Rè delle due Sicilie. Il chiar. e peritiss. Antiquario Sig. Ab. Zarillo, Custode, e Direttore del detto celebre Museo, mi mandò un' impressione di detta gemma, dalla quale si può dedurre che l' istesso Solone abbia replicato la figura di Mecenate. Inoltre nomina altra gemma consimile in tutto alle mentovate esistente nel Museo Riccardiano, ma siccome questa gemma non esiste più non ho luogo di parlarne.

Il chiarissimo mentovato Scrittore (6) parla di una gemma col nome dell' Artefice Solone rappresentante un busto di una Baccante che porta il tirso sopra le spalle, la quale egli pubblicò ne' Monumenti Antichi inediti Tratt. Prelimin. p. 25. e 91. Io viddi quando ero in Roma un' impressione di questa gemma singolarissima per l' eccellente lavoro, ed a me parve sicuramente rappresentasse una Amazzone, come pare ancora esprima questo protoma, e che in vece di Tirso, avesse una scure. Con tutte le diligenze usate non è stato possibile di vedere un' impressione di detta gemma, perciò fu questa incertezza se sia una Baccante, o come io credo una Amazzone, ho tralasciato di pubblicarla.

Il Dottiss. Gori nella descrizione della gemma di Medusa, così parla (7): *Quello, che Callistrato (8) pronunziò nel descrivere diffusamente ed elegantemente la celebre statua di marmo di una Baccante furiosa, fatta da Scopas, cioè, che egli trasportato da un cervo divino furore, abbia trafuso ancora lo stesso fiato nel lavoro della statua; con giusta ragione può dirsi il medesimo della bellissima Medusa principale ornamento del ricco Museo Stroziano: la quale non già ad incutere orrore, ma ad eccitare il piacere e la meraviglia immaginò il celebratissimo incisore di Gemme Solone, con i capelli intrecciati da spessi serpenti (9), con stupendi delineamenti di un perfetto, e con sommo artificio da sfidare la natura istessa, da un estro singolare trasportato, come chiaramente lo manifesta lo stesso archetipo.* Quindi facilmente s' intende, quanto bene convenga a Solone quello, che un giorno

D d 2

fu

(1) Gem. p. 86.

(2) Histoire de l' Art vol. 2. in 8. p. 276.

(3) Storia delle Arti vol. 2. in 4. p. 309.

(4) Descript. des Pierre du Stofsch pag. 270. e Storia delle Arti in 4. p. 309.

(5) Descrip. delle gemme di Stofsch p. 442.

(6) L. c. p. 251.

(7) Mus. Flor. vol. 2. p. 20.

(8) Nella Spiegazione delle Statue Num. II. p. 865.

(9) Questo mi sembra esser detto con troppa enfasi; imperocchè niuno potrà giammai persuaderfi, che quei spessi serpenti tra i capelli intrecciati abbiano potuto eccitare la meraviglia, ed il piacere, come asserisce Gori.

verè Solonem deceat, quod Plinius (10) de Parrasio olim pronunciauit. Primus symmetriam picturae dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus, Haec est in pictura summa sublimitas.

Aliud etiam Solonis opus reperitur, quod Diomedem Palladium rapientem repraesentat, non secus ac illud Policleti, quod possidet Com. Maurepas; quare ab eo describendo libentes nos abstinemus. Retulisse sufficiat, quae de eodem habet Caylus (11): Ce beau Camméé des mieux conservés est sur une agathe de deux couleurs, & prouve combien les artistes célèbres dans l'Antiquité ont répété les memes sujets sans aucun scrupule. En effet Solon a représenté dans ce bas-relief sans aucune différence le sujet de l'enlèvement du Palladium, si bien traité en creux par Dioscoride. La tête de ce monument magnifique est un peu grosse, & c'est un singularité, que l'on remarque dans presque tous les cammées antiques.

De hujus Cammæi, quod semper me latuit, excellentia licet dubitare nec audeam, nec possim post tanti viri testimonium, cogor tamen ab ejusdem abesse judicio, quoad defectum capitis naturalem proportionem excedentis, quo illud, quemadmodum & alia fere omnia veterum cammæa, ut ipse asserit, laborant.

Quantum enim hoc a veritate alienum sit, cuius veterum cammæa inspicienti facile patebit. Cammæum, de quo hic sermo, profecto illud est, quod cl. Mariette (12) in notis refert, quodque ad Com. Maurepas pertinet. Doctissimus tamen vir dubitat, utrum illud idem sit, quod asserit Baudelot inquitens. Je n'ose alluerer que ce foinit le même, dont M. Baudelot a rapporté le type, dans sa lettre sur le prétendu Solon Fig. IX. cary, remarque des différences, & les grandeurs ne font pas les mêmes. Mais aussi je pourrais prouver que M. Baudelot a manqué d'exactitude dans les représentations qu'il a donné de différentes gravures antiques, ou se trouue le nom de Solon.

Ego hanc gemmam non edidi, cum eadem nempe sit ac illa Dioscoridis, & Polycleti; nimis enim vitiosa evaderet repetitio ejusdem argumenti in eadem actione positi. Existimo tamen singulare monumentum, cum celebris Solonis nomen exhibeat; quamvis nullum ejusdem apostrophasma conspexerim.

Nunc hic praetermittendum videtur, Fulvium Ursinum (13) falso putasse, praefatum Mecoenatis caput Solonem potius Legumlatorem exprimere; quem in errorem & alii Antiquitatum Scriptores lapsi sunt (14).

Cl. Gori (15) de Solonis Maecenata, qui ad Principem Plumbini pertinet, mentem suam sic aperit: Maecenatis imago, quae adamussim huic sardae ex Riccardis cimeliis depromptae respondet. Verum fortasse potius Domitianus, quam Mecoenas in his expressus, quod, Svetonio teste (16), Domitianus calvaster admodum fuerit, & cula numismata cum his vultus lineamentis probe conveniunt. At vero credere vix possum, virum doctissimum ita deceptum, ut Domitiani imaginem hac gemma insculptam affirmaverit. Et primo quidem hominem majoris aevi, quam Domitianus habuerit, exhibet, qui annos 45, natus obiit. Singula praeterea Domitiani numismata aurea, argentea, aenea floridæ aetatis vultum habitumque praefignat: minus vero illa, quam haec gemma exprimit, calvitiae laborant; nihil, uno verbo Maecenatis imagini conforme in ea conspicitur.

Baudelot (17) varias enumerat gemmas Solonis nomine insignitas, inter quas celebris Medusa, & aliae duae, quae Diomedem repraesentant, alterum quidem sedentem, omnino similem illi, quem Dioscorides reliquit, & de quo satis sunt, quae de Diomede Cneii, & Dioscoridis diximus (18); alterum stantem, & haec illa est, quam edimus. De ea tamen cum laudato viro convenire non possumus, qui Herculem, aut Gladiatorem repraesentare asserit: id enim quantum a veritate alienum sit, vel unico gemmae hujus intuitu evidentissimè patet; nihil enim observatur, quod Herculi, aut Gladiatori conveniat. Tria deinde asserit Capita inter sese valde similia, quae Solonis nomen indicant.

Caylus (19) etiam de Cammæo loquitur, quod Diomedem exhibet, quodque laudati Baudelot (20) opera cultum fuisse asserit: Characteres, ait Caylus (21), elegantes adeo, tamque perfecti, quibus in hoc Cammæo Solonis nomen estypis insculptum adspicitur, scopulus est, in quem torni sculptores facillè allidunt, adeo haec ars perdifficilis est; In hac etiam Graeci Artifices caeteris praestabant. De Solonis Cupidine ita exprimitur peritissimus Ioan. Piskler. Cupido profecto est opus Graecum-Etruscum & procul dubio alter Solon.

ME-

(10) Plin. l. 35. c. 10.

(11) Recueil vol. 1. tab. 45. p. 123.

(12) Traité de Pier. gravées vol. 1. p. 38.

(13) Imag. Vir. III. n. 135.

(14) Cauf. Mus. Rom. vol. 1. p. 10. tab. 15. ita inquit: Sardae incisum. E thesauro Barberino.

(15) Mus. Flor. vol. 2. p. 26. & vol. 1. Inscript. tab. 2.

n. 3. pag. 47.

(16) In Domitian. c. 18.

(17) Baudelot Réflexions sur le prétendu Solon Hist. des Inscript. vol. 2. in 8. p. 410.

(18) Vol. 1. p. 282. & vol. 2. p. 42.

(19) Recueil &c. Tomo 1. tab. 45. n. 3.

(20) L. c. p. 268.

(21) L. c.

fu detto da Plinio (10) di Parrasio, che egli fu il primo che dette la Sinerria alla pittura, il primo le finezze del volto, l'eleganza ne' capelli, la venustà nella bocca, e per confessione degli Artefici riportò la palma per i contorni terminati. Questa è la somma sublimità nella pittura.

Si trova ancora un'altra opera di Solone rappresentante un Diomede, che rapisce il Palladio espresso come quello di Policlero, perciò ci astenghiamo dal pubblicarlo. Questo prezioso monumento appartiene al Conte di Maurepas. Basterà riportare ciò, che ne scrive il ch. Sig. Caylus (11): *Ce beau Cammeé des mieux conservés est sur une agathe de deux couleurs, & prouve combien les artistes célèbres dans l'Antiquité ont répété les memes sujets sans aucun scrupule. En effet Solon a représenté dans ce bas-relief sans aucune difference le sujet de l'enlèvement du Palladium, si bien traité en creux par Dioscoride. La tête de ce monument magnifique est un peu grosse, & c'est une singularité, que l'on remarque dans presque tous les cammeés antiques.*

Quantunque dopo il giudizio di questo celebre Antiquario io non ardisca dubitare dell'eccellenza di questo Cammeo, che giammai ho veduto; non posso però approvare ciò, che ci dice sul difetto, che in quasi tutti gli antichi cammei le teste sieno un poco grandi. Quanto sia questo lungi del vero, potrà giudicarlo chiunque osservi gli antichi Cammei.

Questo Cammeo, del quale si parla è certamente quello, che riporta nelle note il chiar. Mariette (12), e che appartiene al Conte di Maurepas. Dubita però il dotto Scrittore se sia la stessa gemma riferita dal ch. Baudelot, dicendo. *Je n'ose assurer que ce soit le meme dont M. Baudelot a rapporté le type, dans sa lettre sur le prétendu Solon Fig. IX. car y, remarque des differences, & les grands ne sont pas les memes. Mais aussi je pourrais prouver que M. Baudelot a manqué d'exatitute dans les rappresenations qu'il a donné de différentes gravures anti-ques, ou se trouve le nom de Solon.*

Io non ho pubblicata questa gemma perchè essendo appunto come quella di Dioscoride, e di Policlero, farebbe un ripetere l'istesso soggetto nell'istessissima azione. Noi però, sebbene non ne abbiamo veduto l'impressione, lo crediamo tuttavia un monumento singolare, mentre è inciso il nome del celebre artefice Solone.

E qui non posso parlare sotto silenzio, che Fulvio Orfini (13) falsamente giudicò, che la prefata Testa di Mecenate rappresenti piuttosto Solone il Legislatore: nel quale errore cadde- ro altri Antiquarii (14).

Il ch. Gori (15) parlando del Mecenate di Solone, il quale appartiene al Principe di Piombino, così si esprime: *L'immagine di Mecenate la quale corrisponde per l'appunto a questa gemma del Museo Riccardiano. Ma forse rappresenta in queste piuttosto Domiziano, che Mecenate; perchè Domiziano, conforme alla testimonianza di Svetonio (16), era assai calvo, e le monete ancora corrispondono perfettamente con questi delineamenti del volto.* Io certamente non posso comprendere, come mai quest'uomo dottissimo abbia preso un sì grande abbaglio da credere, che questa gemma rappresenti un Domiziano. Primieramente esprime un uomo di maggiore età di Domiziano, che morì di anni 45. Inoltre tutte le medaglie di questo Imperatore, tanto quelle in oro, che in argento, e in rame sono battute con un'aria giovanile, senza la pretesa calvizie, e non hanno verun lineamento, che corrisponda al volto della gemma di Mecenate.

Baudelot (17) riporta varie gemme col nome di Solone, tralle quali la famosa Medusa; due rappresentanti Diomede, uno che siede, simile affatto a quello di Dioscoride, del quale abbiamo bastantemente parlato nel Diomede di Cneo, e di Dioscoride (18): altro, che sta in piedi; la cui gemma ora pubblichiamo. Non sono però d'accordo con questo autore nel credere, che possa essere un Ercole, ovvero un Gladiatore. Che tale non sia, la gemma istessa al primo sguardo lo manifesta, mentre niente ha, che sia conforme a un Ercole, o a un Gladiatore. Dipoi riporta tre Teste molto simili tra loro col nome di Solone.

Caylus (19) ancora parla di un Cammeo rappresentante un Diomede, e dice, che questa pietra l'aveva fatta intagliare Baudelot (20): *I bei caratteri, dice Caylus (21), che formano il nome di Solone in rilievo sopra questo cammeo, sono lo scoglio della Scultura a torno, arte tanto difficile, nella quale però i Greci si distinguevano sopra gli altri.* Dal Cupido di Solone così mi scrive il peritissimo Sig. Giovanni Pickler. *Il Cupido sicuramente è Greco-Etrusco, e senza dubbio un altro Solone.*

ME-

(10) Plin. I. 35. c. 20.

(11) Vol. I. tav. 45. p. 123.

(12) Traité de Pierr. gravées tom. I. p. 38.

(13) Immag. degli Uom. III. n. 135.

(14) Cauf. Mus. Rom. vol. I. p. 10. tav. 15. così scrive: *Inciso in Sardonica. Dal Tesoro Barberini...*

(15) Mus. Flor. vol. 2. p. 26., e vol. I. Inscript. Tav. 2. num. 3. pag. 47.

(16) In Domiz. c. 18.

(17) Baudelot Réflexions sur le prétendu Solon Hist. des Inscr. vol. 2. in 8. p. 410.

(18) Vol. I. p. 282. vol. 2. p. 42.

(19) Caylus Recueil &c. tom. I. tav. 45. n. 3.

(20) L. c. p. 268.

(21) Ivi.

CV.

M A E C E N A S.
SOLONIS OPUS,

Sardae incisum.

EX MUSEO PRINCIPIS PLUMBINI ROMAE.

Diximus, in Maecenatis gemma (opus Dioscoridis) quam praecipuus litterarum ac litteratorum hominum fautor Maecenas fuerit; nunc unum superest, ut aliquid de ipso ut maximi Principis administro delibemus. Nam & ex hoc capite Maecenas meruit a posteritate celebrari, quae ut ait Tacitus (1) suum cuique decus posteritas rependit; etenim non cum corpore extinguuntur magnae animae (2). Itaque Maecenas adeo excelluit animi dotibus, ut nihil unquam sibi appeteret una Imperatoris contentus amicitia ob majus eius gloriae incrementum, atque ut aliis prodesset; neque enim officia sua ulli unquam negavit quis alicui obfuit: Unum eius rei documentum proferam. Praesente aliquando Maecenate Augustus pro tribunali sedens, cum multos esset morte damnaturus, praevidens hoc fore Maecenas, cum per circumstantium coronam ad ipsum irrumperet, ac proxime assistere nequiret, haec verba in tabella scripsit: SURGE VERO TANDEM CARNIFEX. eamque tabellam, quasi aliud quid indicantem; in sinum Augusti projecit: qua lecta statim furrexit, nemine morte mulcato, Sic Dio (3).

Idem vir summus semper prae se tulit agnovisse veritatem illius aureae sententiae, quae est apud Tacitum (4). Laudantes pessimum inimicorum genus; nam adulatio foedum crimen ferivitutis. Ex eius moribus etiam apparet ipsum probe tenuisse aliam sententiam eiusdem Taciti (5). Delatores genus hominum publico exitio repertum, & poenis quidem nunquam fatis coercitum, per praemia eliciebantur.

Quamvis autem probe perspiceret, suadere Principi ut ait Tacitus (6) quod oporteat, multi laboris assentatio erga Principem quemcumque, sine affectu peragitur. Tamen magna apud Principem suum loquendi libertate usus est; nam nullum majus boni imperii instrumentum, ut inquit idem Tacitus (7) quam bonos amicos habere. Cum is fuerit Maecenas merito proponi potest divitibus, ac praecipue Principum ministris, ut virtutum exemplar, quod ad praeclara quaevis incitamento esse possit: Etenim optime Sallustius (8). Nam saepe audivi Q. Maximum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros, solitos ita dicere; cum majorum imagines intruerentur vehementissime sibi animum ad virtutem incendi. Haec omnia ideo a prudentissimo historico adnotata sunt, quod, ut ipse ait (9): Majores eorum omnia, quae licebat, illis reliquere, divitias, imagines, memoriam sui praeclaram, virtutem non reliquere, neque poterant. Ea sola neque datur dono, neque accipitur.

CU-

(1) Tacit. Annal. lib. 4. cap. 35.

(2) Tacit. in Vita Agricol. cap. 46.

(3) Dio Cassius lib. 55. p. 720.

(4) Tacit. in vita Agricol. c. 41. idem in Hist. l. 7. c. 1.

(5) Tacit. Annal. lib. 4. cap. 30. & in lib. 1. Hist. c. 2.

(6) Idem in haec rem Lucian. in dialogo. Non temere credendum &c. qui narrat vol. 3. pag. 138. Videas vero tales maxime in Regum aulis, & Principum, atque potentium virorum amicitias florere, ubi invidia multa, suspiciones fexcentae, adulationumque, & delationum argumenta

quamplurima. Idem, delationum effectus optime animadverte, inquit pag. 159. Quid enim de Socrate dicamus, injuste delato apud Athenienses pro impio, atque insidiatore? Vel de Themistocle, aut Miltiade post tantas victorias prodicionis Graeciae suspectos? Infinita enim numero sunt exempla & pleraque fere jam cognita.

(6) Tacit. lib. 1. Hist. cap. 15.

(7) Tacit. Hist. lib. 4. cap. 7.

(8) Sallust. Jugurth. cap. 4. p. 175.

(9) Sallust. Jugurth. cap. 85. pag. 346.

M E C E N A T E

OPERA DI SOLONE,

Incisa in una Sardonica.

NEL MUSEO DEL PRINCIPE DI PIOMBINO A ROMA.

Gli abbiamo detto nella gemma di Mecenate opera di Dioforide, quanto egli sia stato Protettore delle lettere, e dei Letterati, ora ci resta a dare un saggio di lui, come di un Ministro d' un grandissimo Principe; Imperocchè da questa parte meritò d' essere celebrato dalla posterità, la quale come dice Tacito (1) *la posterità ricompensa a ciascuno il suo onore imperocchè, non periscono col corpo l' anime grandi*. Mecenate adunque era dotato di sì rari doni dell' animo, che non aspirava a dignità, contento solamente dell' amicizia dell' Imperatore, per la di lui maggior gloria, e per poter giovare agli altri; Nè mai negò i suoi officii ad alcuno, nè apportò danno a veruno; io ne riferirò di questo un documento. *Essendo una volta presente Mecenate, quando Augusto sedeva nel tribunale, e che era per condannar molti alla morte, prevedendo Mecenate che questo sarebbe successo, e non potendo per la turba che vi era attorno de' circostanti penevare, ed assistere a lui da vicino, o avvicinarsigli, scrisse queste parole in una tavoletta, MA SORGI FINALMENTE O CARNEFICE, e questa tavoletta quasi indicante altra cosa la gettò nel seno di Augusto, la quale letta subito si alzò, e nessuno fu condannato a morte*. Così Dione (3).

Questo incomparabile Eroe dimostrò aver ben conosciuto la verità di quella aurea sentenza riferita da Tacito (4). *La peggior sorte di nemici che si trovi è di quelli che lodano, imperocchè l' adulazione è un deforme delitto di schiavitù*. Dal di lui carattere apparisce sapere egli l' altra sentenza di Tacito (5). *I Delatori, razza d' uomini trovati per pubblico estermio, non mai abbastanza tenuti in freno dalle pene, erano allora con premi allettati*.

Benchè benissimo egli comprendesse che *persuadere al Principe quello che convenga* come dice Tacito (6), è cosa molto difficile, l' adulazione si fa facilmente (6). Contuttociò colla massima libertà parlò al suo Principe, non esserci, o non trovarsi maggiore istrumento per un buono Impero, come parla Tacito (7) *che avere buoni Amici*. Essendo tale Mecenate meritamente si può proporre per esemplare delle virtù ai ricchi, e particolarmente ai Ministri dei Principi, perchè possa servire di stimolo d' imitare le di lui gloriosissime azioni: Imperocchè ottimamente Sallustio (8). *Io ho udito spesso volte Q. Massimo, P. Scipione, ed altri celebri Eroi della nostra Città esser soliti di così dire, che in rimirare le immagini dei loro Maggiori, grandissimamente l' animo loro s' infiammava alla virtù*. Tutte queste cose però sono state osservate dal prudentissimo istorico, dicendo (9). *I loro maggiori lasciarono ad essi tutte le cose che potevano, ricchezze, immagini, e di se una gloriosa memoria, non lasciarono la virtù, nè lasciar la potevano, questa solo nè si dà in dono, nè si riceve*.

CU-

(1) Tacito Annal. lib. 4. cap. 35.

(2) Tacit. in Vita Agricola. cap. 46.

(3) Dio Cassius lib. 55. p. 720.

(4) Tacitus in vita Agric. cap. 41. Il medesimo nell' Ist. lib. 1. cap. 1.

(5) Tac. l. 4. Ann. c. 30. & l. 1. Hist. c. 2. Vedi a questo proposito Luciano nel Dialogo. Non temere credendum esse delationi v. 3. p. 138. il quale narra. *Vedrai gli Adulatori particolarmente nelle Corti de' Re, Principi, e Magnati, fiorire nella loro amicizia, ove è una grande invidia, mille sospetti, e moltissimi argomenti, di adulazioni, e delazioni*. Ilmedesimo ottimamente osservò gli effetti delle delazioni dicendo pag. 159. *Che diremo di Socrate ingiustamente calunniato appresso gli Ateniesi, come un empio, ed un infidatore? O di Temistocle, e Miltiade dopo tante riportate vittorie sospetti di tradimento alla Grecia? Inquisiti sono gli esempi, e quasi la maggior parte coguiti*.

(6) Tacit. Hist. lib. 1. cap. 15.

(7) Tacit. Hist. lib. 4. cap. 7.

(8) Sallust. Iugurth. cap. 4. p. 175.

(9) Sallust. Iugurth. cap. 85. p. 346.

CVI.

CUPIDO.

SOLONIS OPUS,

Carneolae incisum.

EX DACTYLIOTHECA SENAT. CERRETANI FLORENTIAE (*).

Gemmae hujus descriptionem melius exordiri nequidem, quam ab his, quae de ea profert Cl. Stofch (1): Cupido, arcu, pharetra, ac face depositis, inermis repraesentatur in gemma, ac ut ille celebratus a Callistrato (2) Praxitelis Cupido, *Puer floridus ac recens alas habens*. Graeci poetae Hemistichium in mentem revocat (3): *Nemo amplius metuat Amoris jaculum*, aperta manu stat, ut se mansuetum, ac innoxium ostendat, qualem invocaverat Tibullus (4):

*Sancle veni dapibus festis, sed pone sagittas,**Et procul arduentes, hinc procul abde faces.**Et iure quidem Pacis Deus nuncupari potest, ut laudatur a Propertio (5).*

Pacis Amor Deus est, pacem veneramur amantes.

Quoniam vero Scriptores plurimi contra hanc Divinitatem fortiter irruerunt, velut omnium fere maiorum fontem & originem, nonnulla ex Athenaeo excerpta exhibebimus, quibus non damna, sed comoda potius atulisse moralibus, facile evincitur.

Atque ut ab Euripide exordium ducam, sic ipse eleganter cecinit (6).

Ei, qui cum Amore versatur, virtutis accedit, & sapientiae

Maxima doctrina omnium deorum. Hic natus est mortalibus suavissimus,

Ut qui voluptate, nullis molestiis aspersa,

Nos afficiat, & bona spe foveat: Dii non faxint,

Cum illis hominibus res ut mihi sit, qui non

Initiati sunt iis curis, & laboribus, quos injungit;

Pro-

(*) Nunc apud Filium March. Capponi.

(1) Gem. p. 86.

(2) Stat. ex recens. Olearii u. 3. p. 893.

(3) Antholog. l. 7. u. 13. p. 722.

(4) L. 2. eleg. 1. v. 81.

(5) L. 3. eleg. 5. v. 1.

(6) Apud Athen. l. 13. p. 561. Vid. in banc rem Lucian. Amor. p. 438. vol. 2. Et praecipue Plat. qui in Conviv. p. 285. de Amore dicit: Maximorum bonorum nobis est causa; innumeratas amoris laudes explicans p. 290. 291.

CVL

CUPIDO.

OPERA DI SOLONE,

Incisa in Corniola.

DEL MUSEO DEL SENAT. CERRETANI FIORENTINO. (*)

MEglio cominciare non possiamo la spiegazione di questa gemma, quanto dalle parole del ch. Stofch (1): *Si rappresenta in questa gemma, egli dice, un Cupido inerme, avendo deposto l'arco, la faretra, e la facella, come quello di Prassitele, che fu celebrato da Callistrato* (2): Fanciullo di fresca età, e di ali adorno. *Mi viene in mente l'Emisfichio di un Poeta Greco* (3). Nessuno da ora in poi tema più il dardo di Cupido, *stù colla mano aperta per mostrarsi mansueto, e innocente, quale appunto l'avea invocato Tibullo* (4):

. Ah santo Nume
 Quì lieto scendi, ed intervieni a questi
 Festevoli conviti; ma dal fianco
 L'arco deponi, e dalla man l'inafausta
 Gitta lungi per or ardente face.

E meritamente invero può chiamarsi *Dio di Pace*, come si celebra da Propertio (5):

*Un Dio di Pace è Amor, la Pace, o Amanti,
 Noi veneriamo.*

Ma siccome moltissimi Scrittori si sono fortemente inveiti contro questa Deità, come quasi origine di tutti i mali, esporremo alcune testimonianze tratte da Ateneo, con le quali facilmente si prova, che non recò agli uomini danno alcuno, ma piuttosto apportò dei vantaggi.

E per cominciare da Euripide (6), questo così cantò elegantemente di Cupido.

*Chi prende per suo Duce il Dio d'Amore
 Le virtù degli Dei tutte possiede.
 Fra i mortali è un felice abitatore
 Nè l'inquieta afflizion l'alma gli fiede,
 E non prova nel sen crudeli ambascie,
 Ma una facil speranza il cuor gli pasce.
 Pria su di me si scagli il formidabile
 Sdegno dei Numi, ch'io mi possa unire
 A color che inesperti, insopportabile
 Credon d'Amore il giogo, e a lui servire
 Sdegnan, temendo gl'amorosi dardi.
 Da sì rozzi talenti il Ciel mi guardi.*

Tom. II.

E e

Udite

(*) Ora presso la Figlia March. Capponi

(1) Gem. p. 86.

(2) Stat. ex recens. Olearii n. 3. p. 893.

(3) Antholog. l. 7. n. 13. p. 722.

(4) L. 2. eleg. 1. v. 81.

(5) L. 3. eleg. 5. v. 1.

(29) Pag. 4. e 319. seg. e Storia dell' Arte vol. 1. p. 45. e 67. e Monum. Ant. Ined. Tav. 78. pag. 102. e 103. si osservano molte e varie medaglie Greche, e Latine con le sfingi. Gesner. Numism. Imp. Tav. 21. num 3. Una sfinge colla galea Tav. 58. n. 7. col sistro ed una spiga. E nei Dialoghi dell' Agostini pag. 155. Una sfinge con un grappolo di uva, un' altra con una rota. E nel

NUPTIAE CUPIDINIS, ET PSYCHES.

TRYPHONIS OPUS,

Ex Sardonych. Anaglypb. exscalptum.

IN DACTYLIOTH. ARUNDELLIANA LONDINI.

Inter praestantissimos, nec non in arte sculpturae peritissimos Graecorum opifices referendum pariter Tryphonem, quisque facile intelliget vel unico geminae intuitu, in qua Nuptiae Cupidinis & Psyche tam egregiae, tamque concinne exprimuntur. Non enim solum Graeci sculptoris eximii summum in hac gemma eminet opus, verum etiam ingenium, quo rem factu difficillimam, aui magno excogitavit feliciterque absolvit. Sed illud praecipue miraculum artis habendum, quod vultus Amoris Psyche sub adeo translucido obtexerit velo, tanta artis suae gloria ac felicitate, ut vultus, & mutui, quo aestuant, amoris gratiae, & vires, motusque clare distincteque inspiciantur (1). Ego vero cum Peritissimo Pickler existimo sculpturam huiusmodi ad primam antiquissimam pulcherrimamque Artis celandi formam esse referendum.

En autem quomodo illam clar. Stosch descripsit (2): Cupido alatus, capite tantum velato, apertoque vultu; ad dexteram Psyche visitur, turtorem, conjugalis amoris symbolum, manibus pectori admotam, tenens; cum eo Psyche est pudibunda (3), ac alis papilionis notabilis, pellucido velo toto corpore operata, sed singulis membris perspicuis, ut illud Petronii aptari possit (4):

Aequum est induere nuptam ventum textilem,

Palam proflare nudam in nebula linea?

Cupidinem ac Psychem, non catena, ut dixerat Sponius, sed margaritarum linea alligatos, conjugis vinculum indicante, ducit Hymenaeus, qui sinistra manu praelongam faciem, paranymphii etiam munere fungens, humero suo applicatam fert, & ante hanc alius (alati autem omnes sunt) nuptialem thorum parat, alius conjuges sequitur, calathum pomis gravem, supra eorum capita manibus elatum, suslinens: In Dianae enim festo (Caniphoria Graeci vocabant) puellae nuptiarum cupidae canistros hocce offerebant. Amor hic alarum extremis pinnis retortis ac crispis insignis est.

Hoc

(1) Due aliae simili modo velatae gemmae (ut ait Stosch) habentur, alter Amethyctus scilicet caput exhibens semiobnuptam Ptolemaei Aetletis, Regis Aegypti, in Theodoro reginae Principis Ducissae Aurelianae, quam gemmam dissertatione illustravit V. Cl. Baudelot; Alter Chrysolitus Ferrariae in Dactylis theca Marcionis Cristphi Ferrariae, in quo Sabinae Augustae Caput incisum est.

(2) Gemma p. 94. Privatus haec gemmam publici juris fecit Sponius ex gemmae delineatione a Pyrroho Ligorio, perecelestri antiquario. olim facta, quae erat apud Bagarrum. Vide Polen. Antiq. vol. 4. Miscell. Erudit. Antiq. pag. 662. & 421. & Montfauc. Antiq. vol. 1. tab. 121.

(3) Ut omnibus Antiquitatis monumentis sponsae exprimuntur pudibundae, & praecipue in celeberrima Pictura Nuptiarum Aldobrandini.

(4) Satyr. p. 207.

(5) Apprime autem Petronius de Psyche dixit: Sat. p. 70. Iam Psyche puellae caput involverat flammeolo.

Et egregie Lucanus l. 2. v. 360.

Non timidum nuptae leviter testura pudorem

Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Psyche nomen memorat etiam Plutarch. sub su. vitae Caton. min. vol. 2. p. 641. Nomen hoc a Iuvenculo additum fuit Sus. 6. v. 193. velut nomen amatorum dicens:

. . . . Non est hic sermo pudicus

In vetula, quoties lascivum intervenit illud,

ZΩΗ ΚΑΙ ΨΥΧΗ (vita & anima)

Vide de hac re Martialem l. 10. Epigr. 68. Vide etiam hoc nomen in Indice Cruterviano Inscript.

LE NOZZE DI CUPIDO, E PSICHE.

OPERA DI TRIFONE,

Scolpita in Sardonica in un Cammeo.

NEL MUSEO DEL CONTE DI ARUNDEL A LONDRA.

FRa i nobilissimi, e peritissimi artefici della Grecia doverli annoverare similmente Trifone, ciascuno facilmente lo comprenderà, sedia anche un solo sguardo alla di lui gemma, nella quale tanto egregiamente, ed elegantemente si esprimono le Nozze di Cupido, e di Psiche. Imperocchè non solamente spicca in questa gemma il sommo artificio di un Greco esperto Incisore, ma eziandio l'ingegno col quale con straordinario coraggio immaginò, e perfettamente eseguì un'opera delle più malagevoli nell'esecuzione. Ma quello che è da considerarsi principalmente come un prodigio dell'arte, è l'aver potuto fare con tanta gloria, e felicità dell'arte sua esprimere sotto di un velo trasparente i volti di Cupido, e di Psiche, e che in essi chiaramente, e distintamente vi si scorgono le grazie, e l'espressioni, e la forza ancora del reciproco amore, del quale avvampano. (1) Io poi col peritissimo Pikler credo, che sia un intaglio della prima antichissima, e bellissima maniera dei Greci.

Ecco come è descritta questa gemma dal Bar. Stofch (2): *Un Cupido alato col capo soltanto velato, e col volto scoperto. Alla destra si vede Psiche, la quale vicino al petto tiene in mano una tortorella, simbolo del conjugale amore. Con esso è Psiche vergognosetta (3), è notabile per le ale di farfalla, avendo il corpo interamente coperto da un velo trasparente (4), che mostra tutte le sue membra, dimodochè può adattarsi quel detto di Petronio (5):*

Forse conviene vestire una sposa
Con ben teso velo, e fortissimo,

E, come sotto a trasparente nube,
Nuda così mostrarla, e prostituta?

Cupido, e Psiche insieme uniti non già da una catena, come ha creduto lo Spon, ma da un filo di perle indicante il vincolo conjugale, sono condotti da Imeneo, il quale sopra il suo omero tiene con la sinistra mano una ben lunga facella, le voci ancora facendo di Parainfiso; e davanti a questo un altro si vede (tutti sono adorni di ale), che prepara il letto nuziale; ed altro, che seguita gli sposi sostenendo con le mani sopra i capi degli sposi alzato un canestro colmo di pomi: imperocchè nelle feste di Diana (che i Greci chiamano Caniphoria), le vergini desiderose di nozze osservano canestri di tal sorte. E' insigne in questa gemma Amore per l'estremità delle pennis arriciate, e increpate.

Tom. II.

I i

Questo

(1) Esistono due altre gemme (come dice Stofch) similmente velate, una in amatista rappresentante la testa coperta di Tolomeo Aulete, Rè di Egitto, nel museo della Real Principessa di Orleans, che illustrò con una dissertazione il chiarissimo Baudelot. L'altra in grifolita in Ferrara esistente nel museo del March. Crispi Ferrarese, nella quale è incisa la testa di Sabina Augusta.

(2) Gem. p. 94. Il primo, che pubblicasse questa gemma fu Spon, la quale ricavò da un disegno fatto già da Pirro Ligorio, celebre antiquario, ed era appresso Bagario. Vedi Polen. Antiq. vol. 4. Miscell. Erudit. Antiq. p. 662. e 421. e Montfauc. Antiq. vol. 1. tav. 121.

(3) Come sono espresse tutte le sposalte negli antichi monumenti, vergognose, e specialmente nelle nozze Aldobrandini.

(4) E particolarmente di Psiche disse Petronio: Sat. p. 70. *Già Psiche aveva coperta la testa con un velo da sposa.* e Lucano egregiamente l. 2. v. 360.

*L'aureo velo adombra l'umile volto
Con che la timida onestà protegga.*

Il nome di Psiche è rammentato ancora da Plutarco sul fine della vita di Catone min. vol. 2. p. 641. Questo nome è stato espresso da Giovenale Sat. 6. v. 193. come di una parola amorosa dicendo:

*A chi pudico esser non può il parlare
Io una vecchia, quando entro vi sia
Quel, mia vita, mio ben, anima mia.*

Vedi sopra di ciò Marziale l. 10. Epigr. 68. Vedi ancora questo nome nell'Indice Gruteriano Inscript.

(5) Satyr. p. 207.

Hoc Nuptiarum Cupidinis & Psyche argumentum summo criticis studio pertrahatur a celeberrimo Antiquario Buonarroti (6), cujus eruditioni obtemperare optimum duco. Amoris & Psyche fabula, late ab Apuleio descripta (7), animarum descensum, aut lapsum designabat, nec non earundem circuitum atque regressum, quibus in statibus effingebant, Amorem eas semper comitari, & juxta alios, a supremo praedominantique Genio, qui eisdem quasi esset conjunctus indissolubili nuptiarum vinculo. Haec de Animarum circuitu opinio, sic generatim sumpta a Chaldaeis & Persis originem habuit, ex quibus ad Aegyptios pertransiit, & ad Graecos, eandemque amplexatus est Homerus, deinde Virgilius, & praesertim Platonici, qui eam sibi addixerunt: Amoris tamen & Psyche fabulam, quemadmodum illam Apuleius describit, & praesertim ob quaedam adjuncta signa, quibuscum in anaglyphis aliisque vetustis monumentis observatur, probabile admodum est, eam proxime magis ex nonnullis latentibus secretisque mysteriis erutam fuisse, quae alicubi, ut in more positum, in Cupidinis honorem celebrarentur. Etenim ex una parte animadverto, hanc fabulam in antiquis monumentis, ut dictum est, saepissime repraesentari; ex altera vero parte observo, vix aliquos auctores de illa mentionem facere, eosdemque recentes esse: Apuleius enim circa Antoninorum tempora floruit, & Martianus Capella, apud quem minimum quid reperitur, hanc fabulam describens, posterioribus vixit temporibus, & omnium maxime recentior est Fulgentius (8), qui summam refert, quae jam de illa Apuleius scriperat. Quoad vetusta monumenta, in quibus haec fabula expressa cernitur, ea, ut diximus, frequentissima sunt, & plura caemae atque sculpturae, quae extant, ex artificii excellentia, qua perfecta sunt, remotissimam praeseferunt vetustatem (9).

Quinque marmorei lapidis symplegmata praesantissime elaborata Romae conspexi, quorum duo nobilibus Angliae Viris eo tempore, quo Romae degeerunt, vendita fuerunt. Tertium in celeberrimo Museo asseruatur Regiae Celsitudinis Petri Leopoldi Archiducis Austriae, & M. D. E.. Quartum extat in Museo Capitolino. Quintum, quod aliorum aemulatur, immo fortasse excedit pulchritudinem & excellentiam, pertinebat ad Comitum Feide, illudque assabre restauravit insignis D. le Gros, cujus morte magnam sculpendi Ars in hoc saeculo jururam fecit, ut bene multa patefaciant eisdem monumenta, quae industrii consecit peritia. Haec inter, anaglypha alte prominentia singulari sunt monumento, videlicet illa S. Aloysii in Sacello S. Ignatii, quo Angeli Correggianum genium feliciter aemulantur.

Haec monumenta, sequitur eruditissimus Vir, ad celeberrima Graeciae tempora, in quibus sculpturae ars maxime floruit, referenda esse ostendunt, proindeque tamquam vetustissima consideranda sunt, quae utique tempus, quo Romani Imperatores regnarunt, praecesserint, & longe ante Apuleium, aliosque Scriptores extiterint. Ex his ergo omnibus argumentari mihi licet, ideo veteres Scriptores nullam hujus fabulae mentionem fecisse, etsi, quemadmodum ex sculpturae monumentis inferitur, apud omnes pervulgata esset, quatenus, ut inquebam, ex occultis mysteriis eruta fuerat: antiquiores enim Scriptores, ut nos animadvertimus, valde cauti, atque supersticiosi in pervulgandis mysteriis fuerunt. At ex recentioribus plures nullam hac de re rationem habuerunt, immo potius in eo operam locasse videntur, ut sua scripta novitate illustrarent, occultiorum secretiorumque rerum eruditonem ostentantes, quae apud diversas nationes divulgabantur. Ita quidem Plutarchus nullo respectu habito de Iside & Ostride scripsit, ita Lucianus de Dea Syria, & ipse etiam Apuleius de Iside plura evulgavit. Quod vero pertinet ad Anaglypha & alia perantiqua monumenta, nulla artificibus praesto sibi fuit occasio, ut hujusmodi rationem praee oculis haberent, vel quod simplices earundem occultissimarum rerum imagines non ita facile intelligi possent; vel quod Sacerdotes eademque simulacra exhiberent in pompis, seu in supplicationibus superstitionis atque solemnibus adhibita, quaeque omnium

(6) Tab. 28. n. 3. p. 197. seq. Conf. eundem auctorem, qui usus de hoc argumento edisserit.

(7) Metam. l. 4. 5. & 6.

(8) Mytholog. l. 3. p. 143. Vid. Boccaccio Genealog. degli Dei l. 5. p. 90.

(9) Vide Mus. Florent. vol. 2. Tab. 80. Moffi Gem. par. 1. tab. 78. Mus. Deben vol. 1. pag. 99. & 100. & tab. 36. & 37. vol. 1. p. 159. & seq. Mus. Gem. Ducis Avelianensis, ubi delecta eruditione, & ingenio a celeberrimis Antiquariis Ab. le Blond, & Ab. de la Chaux tractatur hoc argumentum.

Questo argomento delle nozze di Cupido, e Psiche è stato trattato con sommo criterio dal celebre antiquario Buonarroti (6), della di cui erudizione s'imo bene di approfittare. La Favola di Amore, e di Psiche, descritta lungamente da Apuleio (7), voleva significare la discesa, o vogliamo dire la caduta delle anime, ed il loro circuito, e ritorno, ne quali stati fingevano, che sempre elle fossero accompagnate da Amore, e secondo altri, dal Genio Superiore, e predominante, che quasi fosse congiunto colle medesime, con nodo indissolubile di nozze. Questa opinione così in genere del circuito delle anime ebbe origine da Caldei, e Persiani, e passò negli Egizj, e ne' Greci, e s'è abbracciata da Omero, e poi da Virgilio, ed i Platonici specialmente l'adottarono per propria. La favola però di Amore e Psiche, come vien descritta da Apulejo, e con certe particolarità, colle quali si osserva nei bassirilievi, ed in altri monumenti antichi, è molto probabile, che ella fosse più immediatamente presa da alcuni occulti, e segreti misterj, quali non è gran fatto, che si celebrassero in qualche luogo ad Amore. Imperocchè io veggio da una parte, che questa favola spessissimo si trova rappresentata, come detto si è, in antichi monumenti; e dall'altra parte io osservo, che molti pochi autori ne fanno menzione, e questi sono moderni: Poichè Apuleio fiorì verso i tempi degli Antonini; e Marziano Capella, in cui se ne trova una piccola allusione, visse dopo; e più moderni assai di tutti due si è Fulgenzio (8), il quale riferisce in compendio ciò, che ne scrisse Apuleio. Inquanto poi ai monumenti antichi, ne quali si vede effigiata questa favola, come abbiamo detto, sono frequentissimi, e molti cammei, ed intagli, che ce ne sono, per l'eccellenza del disegno, col quale sono condotti, mostrano di essere d'una grandissima antichità (9).

Cinque Gruppi di Marmo ho veduto in Roma di assai eccellente Scultura, rappresentanti Amore e Psiche, che si abbracciano, due dei quali a tempo mio furono venduti a certi Cavalieri Inglese. Il terzo esiste nella celebre Galleria di S. A. R. Pietro Leopoldo, Arciduca di Austria, e Granduca di Toscana. Il quarto si trova nel Museo Capitolino. Il quinto, che non cede in bellezza, anzi è forse agli altri superiore, apparteneva al Conte Fede, restaurato mirabilmente dal celebre Signore le Gros, per la di cui morte l'arte della scultura in questo secolo fece una gran perdita, come si può osservare in tanti monumenti resi famosi per il suo scalpello, tra i quali l'altorilievo di S. Luigi a S. Ignazio, nel quale gli Angioli hanno il gusto Correggiano.

Questi monumenti, seguita l'eruditissimo Buonarroti, dimostrano chiaramente di essere di quei tempi, nei quali sommanente fiorì in Grecia la Scultura, e così di una antichità molto considerabile, ed avanti al principio degli Imperatori Romani, e molto prima d'Apuleio, e degli altri Scrittori. Da tutto ciò adunque io vo pensando, che intanto gli autori antichi non abbiano fatto menzione di questa favola, la quale, come si vede dalle Sculture, era notissima, inquanto ella fosse presa, come io diceva, dai misterj occulti, mentre noi osserviamo, che gli scrittori più antichi erano molto ritenuti, e superstiziosi in propalarne i segreti; ma inquanto agli scrittori più moderni, si vede, che molti di loro non ebbero più questo riguardo, anzi pare piuttosto, che andassero cercando di arricchire colle novità le opere loro, facendo pompa di portare per erudizione le cose sacre più occulte, e più segrete di varie nazioni. Così Plutarco scrisse liberamente d'Iside, e d'Osiride; Luciano della Dea Siria, ed Apuleio anche egli propala molte cose d'Iside. Quanto poi ai bassirilievi ed altri monumenti antichi, non ebbero occasione di aver questo riguardo, o fosse, che le semplici figure non potessero essere tanto facilmente comprese; o perchè rappresentavano i sacerdoti, ed i simulacri delle pompe, o processioni superstiziose, e solenni, che si potevano vedere da tutti; o perchè anco queste

I i 2

scul-

(6) Tav. 28. n. 3. p. 193. seq. dove da questo autore, si tratta diffusamente questo argomento.

(7) Metam. l. 4. 5. e 6.

(8) Mythol. l. 3. p. 143. Vedi Boccaccio Genealog. degli Dei l. 5. p. 99.

(9) Vedi il Museo Fiorentino vol. 2. tav. 80. Maffei

Gem. parte 1. Tav. 78. Museo di Dehen vol. 1. p. 99. e 100. e Tav. 36. e 37. vol. 1. pag. 159. e seg. Museo delle Gemme del Duca di Orleans vol. 1. spiegate con scelta erudizione, e criterio da due valentissimi Letterati, il Sig. Abate le Blond, e il Sig. Abate de la Chaux.

omnium oculis late patebant; vel quod monumenta huiusmodi ab initio excogitata fuerint, ut abscondita occultaque manerent in Templis; vel ob quidpiam aliud, quod ignoramus. Hisce tamen rationibus velut conjecturis usus sum, quod fabulam Amoris & Psyche, de qua sermo est, ex aliquo Paganorum mysteriorum arcano scriptores hauserint. Quod clarius etiam ex eo deducitur, quod Thespis Boeotiae urbe non solum mos invaluerat speciali modo adorandi Cupidini, celebrandique in ejus honorem dies festos ludosque (10); verum etiam secretiora mysteria. id vero ex Pausania (11) facile arguitur, qui postquam fufus de Cupidine, cui divini in ea civitate reddebantur honores, nec non de aliquibus initiationum versibus verba fecisset, se a Daduco uno ex Mysteriorum ministris, (qui lampades praeferebat), nonnulla didicisse perhibet, a quibus referendis consulto se abstinet. Haec autem loquendi forma a scriptoribus cautiorebus adhibebatur, cum sibi offerebat occasio de mysteriis quidpiam dicendi, quippe quod aliquid de iis evulgare profanis & minime initiatis, velut maximum apud superstitioniosiores Paganos facriligium reputabatur.

Ad huius gemmae illustrationem Psyche nobis repraesentatur humeris alis ornata (12), animam exhibens cui merito alae conveniunt, cum animas alatas Pagani putarint. Unde referente Porphyrio supra Nympharum Antrum, animas antiquitus apes nuncupare assolebant; & praesertim Chaldaei, ut videre est apud Pfellum in Epitome illorum doctrinae, animas cum alis creatas fuisse existimarunt, quae si decidant, etiam ipsae animae collabentur, & uniantur miscanturque materiae (13). Idipsum refert & Plato, ac praecipue in Phaedro opinionem illam attingit, quae huius gemmae explanationi inservire potest, quippe quae Amoris cum Anima nexum & unionem ostendit, cum dicit, quod animae hisce alis orbitae, eidem rursus adveniant, si quid forma venustum sibi inquiri contingat. Ex quo clare intelligitur, eos in illa fuisse sententia, ut crederent, quod Amor is esset velut animae dux, quicumque eius esset status, unde & redire facile posset ad pristinam suam originem. Paucali tamen scriptores, qui de Psyche fabula scripserunt, nihil de anima alis instructa pronuntiant; & praefati Platonici, atque Chaldaei, qui aligeras effecerunt animas, non asserunt, easdem alas, quae papilionum sunt propriae, animas habere, quemadmodum Psyche in hac gemma habere conspicitur, nec non in aliis perantiquis monumentis observatur. Huius generis alae probe conveniunt animae, quoniam tum anima (14), tum papilio a Graecis nuncupatae fuerunt ΨΥΧΗ (15), tum etiam, quod ad animarum circuitum exprimentum, quem exhibere intendebant, nullum adesset symbolum magis accommodatum, quam hoc perexiguum insectum, quod per diversos status eo modo, quo anima, transit, dum vermis in suo se recludens folliculo, ex eo in alatum animal conversus forficatur. Quare in vetustis monumentis, ad exhibendam animam, non modo puella alis insignita reperitur expressa, ut Psyche in hac gemma, verum saepe etiam unus ipse papilio; Atque hinc sagacissimus noster Poeta (16) novae beataeque vitae illud aptavit, quam effecturae sunt animae post mortem.

Non sentis nos vermiculos nasosque ciere

Papilio, ut Themidem contingat jugiter aequam?

Qui prope divinus vacuas se tollit ad auras

Quod vero huius fabulae auctores Pagani, & Mysteriorum Psyche institutores, de quibus loquuti sumus, per Psychem, alis papilionis instructam, significare animam voluerint, & in hoc antiqua Philosophorum placita & transitum, & animarum circuitum spectarint, ex anaglypho illius sepulcri, quod Romae in Villa Pamphilia Doria adservatur, optime eruitur (17): In eo enim cernitur Minerva, quae supra verticem hominis a Prometheo extracti animam ponit, quae papilionis formam exhibet (18); in alio vero loco super terram adest cadaver, & hoc idem

(10) Pausan. l. 9. c. 31. Plutarch. Eroticus vol. 3. p. 317. Scol. Pindari Olymp. od. 7. Eustath. Iliad. l. 24. Athen. l. 13. p. 361.

(11) l. c. cap. 27.

(12) Buonarr. l. c. p. 196.

(13) Vid. S. Gree. Nyssen. de anim. & resurrect. tom. 3. p. 231. Et de anima cum alis vide Corlium Phadigin. Lect. Auisq. l. 16. c. 18. p. 787. & l. 17. c. 14 & 15. p. 784. &

seqq. & Marsl. Phicin. de Relig. Christ. in Proem.

(14) Plat. in Cratyl. Plutarch. in contradict. Stoicor. p. 1052.

(15) Aristot. hist. Animal. l. 5. c. 19. Plutarch. Symp. l. 2. probl. 3. Exich. verbum ΨΥΧΗ.

(16) Davide Purgator. cant. 10.

(17) Admiranda Antiquit. Rom. n. 66. & 67.

(18) Hygin. Fabul. 142. p. 33.

sculture fossero fatte da principio per istare ascose, e celate nei tempj; o per qualunque altra ragione, che noi non sappiamo. Tutte queste ragioni ci son servite per congettura, che la nostra favola di Amore, e Psiche sia tratta da qualcheuno degli arcani misteri della Gentilità: il che viepiù si discopre da ciò, che noi abbiamo, che nella città delle Tespie di Beozia, oltre all'adorarvisi in modo speciale Amore, ed oltre alla festa, ed ai giuochi (10), che ivi si celebravano, vi erano anco i segreti misterj, e ciò ben s'argomenta da Pausania (11), il quale dopo aver parlato lungamente di Amore, che si adorava in quella città, e di alcuni versi delle iniziazioni, dice d'aver imparato dal Daduco, uno de' ministri de' misterj (che era quegli, che portava la lampada) alcune cose, che egli a bello studio tralascia di riferire; il che è un termine praticato dagli scrittori più cauti, quando occorre loro di accennare le cose de' misterj, il propalare le quali ai profani, e non iniziati era da' Gentili più superstiziosi, grandissimo sacrilegio riputato.

Per l'illustrazione della nostra gemma ci si presenta Psiche (12) fornita di ali alle spalle, la quale rappresenta l'anima, a cui bene se le convengono, mentre i Gentili supposero le anime alate; onde, secondo che riferisce Porfirio, sopra l'antro delle ninfe, antichissimamente le solevano chiamare Api; ed i Caldei specialmente, come si può vedere in Psello nel compendio della loro dottrina, crederono, che l'anime fossero create colle ale, e che cacciando loro, venissero altresì a cacciare le anime, e ad unirsi, e mescolarsi nella materia (13). Il medesimo riferisce Platone, il quale, particolarmente nel Fedro, tocca un'opinione, che può servire di spiegazione a questa gemma, mentre mostra la connessione, ed unione dell'Amore coll'anima, dicendo, che ella così spogliata dell'ali, nel vedere qualche bellezza, di nuovo le rinascono: ben comprendendosi, che s'volevano, che Amore fosse quello, che serviva all'anima di guida in ogni stato, che ella si trovasse, per facilitare il suo ritorno all'origine primiera. I pochi scrittori però, che parlano della favola di Psiche, non dicono, che ella avesse l'ali, ed i Platonici, ed i Caldei riferiti di sopra, che fecero alate le anime, non vengon al particolare, che l'ali fossero di farfalla, come ha la Psiche in questa gemma, e come si osserva in infiniti altri antichi monumenti. Questa tal sorte d'ali benissimo se le convengono; e la ragione di ciò si è, che tanto l'anima (14), che la farfalla si chiamarono dai Greci ΨΥΧΗ (15); e perchè per esprimere il giro delle anime, che intendevano di rappresentare; non si poteva trovare un simbolo più adeguato di questo piccolo insetto, il quale in un certo modo, non altrimenti che l'anima, prova più stati, mentre racchiudendosi il verme nel bozzolo n' esce poi cangiato in un volatile: onde negli antichi monumenti per rappresentare l'anima, non solo s'incontra espressa una fanciulla alata, quale è la nostra, ma sovente ancora la sola farfalla; e quindi il nostro sublimissimo Poeta (16) l'applicò alla vita nuova, e beata, alla quale passar deono l'anime nostre dopo la morte.

Non v' accorgete voi, che noi fiam vermi,
Nati a formar l'Angelica Farfalla,
Che vola alla giustizia senza schermi?

Che poi i Gentili autori di questa favola, e fondatori dei misterj di Psiche, che noi dicevamo, nella Psiche coll'ali di farfalla volessero rappresentar l'anima, ed avessero ancor essi per iscopo l'antica Filosofia, ed il passaggio, e giro dell'anime, ben si ricava dal bassorilievo di quel sepolcro, che si conserva in Roma nella Villa Panfilia Doria (17): in esso si vede, che Minerva pone in capo all'uomo fabbricato da Prometeo l'anima (18) in forma di farfalla; e in un altro luogo vi è per terra un

(10) Pausan. l. 9. c. 31. Plutar. Eroticus vol. 3. p. 317. Scol. Pindari Olymp. od. 7. Eustath. Iliad. l. 24. Athen. l. 13. p. 361.

(11) L. c. cap. 27.

(12) Buonarr. l. c. p. 196.

(13) Vedi S. Greg. Nissen de anim. & reurr. tom. 3. p. 233. E dell'anima d'ale adorna, vedi Celio Phodigin. Lett. Antiq. l. 16. cap. 18. p. 787. e l. 17. c. 14. e 15.

p. 784. seq. e Marfil. Ficino de Relig. Christ. in Proem.

(14) Plato in Cratyl. Plutar. in contradiet. Stoicor. p. 1052.

(15) Aristot. hist. Animal. l. 5. c. 19. Plutar. Symp.

l. 2. probl. 3. Exich. in vocem ΨΥΧΗ.

(16) Dante Purgat. cant. 10.

(17) Admirand. Antiq. Rom. n. 66. c. 67.

(18) Igino Fab. 142. p. 33.

idem Infectum, quod advolans abit, & alibi Mercurius, qui animam, instar puellae papilionis alis ornatae ad Elysia ducit. In sepulcro autem, cujus integrum apophragisma refert Spon (19), scheletrum exalptrum est, & papilio, qui advolat, & alter adest papilio, quemprehendit, & ore detinet ales, ad morbum fortasse designandum, qui vitam eidem puellae eripuit, ibi inhumatae; atque magis perspicue in ea Inscriptione Marci Porcii anima nuncupatur papilio (20): *Heredibus mando etiam cinere, ut volitet meus ebrius papilio*. Et saepe in priscis sepulcris ipsa conspicitur Psyche, quae cum suo Cupidine per diversa sibi indulget amoenae oblectamenta in Elisis, aut in Oceani aquis, quo illa veteres posuerunt, nunc cymbam conscendens ad pisces captandos, nunc tibias, aliaque instrumenta pulsans (21).

Pernulta existunt antiqua monumenta venustum hoc Amoris & Psyche argumentum exhibentia. Nonnulla hic exponemus, inter quae singulare illud anaglypsum marmoreum a Spon relatum (22). Hic hominem, inquit, adolescentem vides (proculdubio est foemina cum armilla ad dexterum brachium), in toro stratum, & ad pedes mortui caput, ut intelligas eum vivere defuisse. Ex eius, qui obiit, ore exille papilio videtur.

Singulare admodum illud est a Buonarroti relatum (23), in quo Cupido & Psyche mutuo amplexati videntur cum Inscriptione: ANIMA DVLCIS FRVAMVR NOS SINE BILE ZESES. Qui plures capit videre gemmas ad Psychem spectantes, (& eandem praefertim sabulam ab Apuleio in IV. V. & VI. Libro descriptam), adeat Winkelmann Descript. des Gemm. de Stojch (24), qui LVIII. gemmas ad Psychem pertinentes affert, & Gori in Museo Florent. (25).

In Turturibus autem a Cupidine pressis juxta Petrum Valerianum (26) nil aliud, nisi castus conjugalis amor designatur. Et quoniam de turture sermo est, meminisse placet, quod est apud Theocritum (27), vere movens risum, foeminas garrulas turtures imitari:

Definite, o miserae, inutiliter garrientes,
Ut turtures odiose stridunt ore diducto omnia pronuntiantes.

In Anaglypthis Romanis (28) expressum observatur sponsale festum merito visendum, considerandumque de pluribus in illo signatis, & quoad rem nostram sponsa manu turturem gerit eo modo, quo Amor in nostra gemma.

Quoniam de nuptiis Amoris & Psyche loqui sumus, opportune admodum judicamus, gemmam carneolae exalptram Musei Regis Borussiae edere (), quam annulum nuptialem fuisse certe existimari potest, quod plura eidem inesse videntur symbola, quae matrimonium & sponsum exhibent. Annulus in ea conspicitur, in quo adest Cupido super currum a duobus gallis tractum, ad vigilantiam me judice exprimendam, qualis ad domus regimen, & ad conjugalem curram cum Amore ducendum in sponsis exigitur. In annuli medio adest cuniculus, ad designandum sponsam esse debere foecundam, quemadmodum foecundissimum hoc animal est in reproductione suae speciei, quod affert Plinius (29) dicens, hujus animalis foecunditatem innumerabilem esse. Ad latera sunt bini cupressus, de quibus duo conjicere possumus. Notum enim est, hanc arborem funebrem esse; at nihil funebri nostra hac*

in

(19) *Rei Antiq. Sel. Differt. V. p. 422. & Miscell. Erud. Antiq. S. A. 1. Art. 3. p. 662.*

(20) *Gruterus inter Hispanica p. XIII. n. 17.*

(21) *Fabbretti Inscript. p. 382. n. 206.*

(22) *Vide in hanc rem Spon loc. cit.*

(23) *Osservazioni sopra dei vasi antichi di vetro Tav. 28. n. 3.*

(24) *Pag. 150. & seq.*

(25) *Vol. 2. Tab. 80. & 81. pag. 155. & seq. Vide etiam Descrip. Istor. del Museo di Cristiano Deben. vol. 1. p. 115. 100. & Mus. Ducis Aurelian. vol. 1. Tab. 36. & 37. pag. 159. & seqq. Borioni Collect. Antiq. Tab. 43. Massi Gemme Antiche vol. 3. Tab. 22. 23. & 24.*

& Gori Columbarium Libert. Livine pag. 32. & 33., & Admiranda Antiquit. Tab. 68., & Montfaucon Antiq. vol. 1. Tab. 120. 121. & 122., & Bracci Commentaria de Antiq. Scalptoribus vol. 1. Tab. 2. n. 2. pag. 48.

(26) *Hieroglyph. p. 224.*

(27) *Idyl. 15. Syracus. v. 87. Vide Aelian. de Nat. Animal. l. 10. c. 12. & Erasmi in Poverb. p. 276.*

(28) *Vide Ficoroni le vestigia e rarità di Roma p. 116.*

(*) *Tab. XIX. N. I.*

(29) *Vide Plinium l. 8. c. 55. p. 542. atque etiam notas, & Buffon Histoire Naturel. vol. 6. p. 604.*

un cadavero, ed il medesimo insetto, che vola via, ed altrove un Mercurio, che conduce agli Elisi un'anima in figura di giovinetta coll'ali di farfalla. Nel sepolcro poi, di cui riporta la figura intera lo Spon (19), vi è scolpito un scheletro, e una farfalla, che vola, ed un'altra ve n'è, che è presa e tenuta in bocca da un uccello, per denotar forse il male, che portò via quella fanciulla, che era ivi seppellita, e più chiaramente in quella Iscrizione di Marco Porcio, si chiama l'anima farfalla (20): Haeredibus mando etiam cinere, ut volitet meus ebrius papilio. E sovente negli antichi sepolcri, si vede l'istessa Psiche, la qual col suo Amore si va spassando in varj ameni divertimenti negli Elisi, o nelle acque dell'Oceano, dove gli antichi gli collocarono, or nell'andare in barca a pescare, or sonando le tibie, ed altri strumenti (21).

Moltissimi sono i monumenti antichi rappresentanti questo grazioso argomento di Amore e Psiche. Noi ne esporremo alcuni, tra i quali è singolare quel bassorilievo riferito da Spon (22) dicendo: quò tu vedi un giovinetto (sicuramente è una giovinetta, avendo un braccialetto nel destro braccio) disteso sopra un letto, ed una testa a' piedi del morto, perchè s'intenda non viver più, e dalla bocca del morto si vede essere uscita una farfalla.

E' molto singolare quello riportato dal Buonarroti (23), nel quale si vedono Amore e Psiche abbracciati coll' Iscrizione: ANIMA DVLCIS FRVAMVR NOS SINE BILE ZESSES, cioè anima cara godiamoci in pace, e siamo allegramente. Chi bramasse vedere molte gemme spettanti a Psiche, (e principalmente tutta la di lei favola descrittaci nel IV. V. e VI. libro da Apuleio) vegga Winkelmann nella descrizione delle gemme di Stofch (24), il quale riporta LVIII. gemme spettanti a Psiche, e il Gori nel museo Fiorentino (25).

Le tortore poi, che tiene Cupido, non altro denotano, secondo il sentimento di Pietro Valeriano (26), che il casto amore conjugale. E giacchè occorre parlare delle tortore, non posso dispensarmi dal riferire, ciò che di faceto disse un giorno Teocrito (27), che le femmine sono loquaci come le tortore:

. Olà finite,
O cattivelle, il garrir vostro immenso,
Quai tortore stridenti a bocca larga.

Nei bassirilievi di Roma (28) si trova espresso uno sposalizio, degno di essere veduto per molte particolarità, che vi si osservano; e al nostro proposito vi è una sposa, che ha una tortorella nelle mani conforme tiene Amore nella nostra gemma.

Siccome abbiamo parlato delle nozze di Amore e Psiche, noi stimiamo assai opportuno di pubblicare una gemma incisa in corniola del Museo del Re di Prussia (*), la quale si può certamente credere, che sia servita per un anello nuziale, mentre vi si osservano molti simboli allusivi al matrimonio, ed agli sposi. In essa si vede un anello, sopra il quale vi è Amore tirato da due galli sopra un carro, espressi, come io credo, per la vigilanza, quale deve esser negli sposi per il regolamento della casa, e per guidare con Amore il carro matrimoniale. Nel mezzo dell'anello vi è un coniglio per esprimere, che la sposa deve essere feconda, come è fecondissimo questo animale nel riprodurre la sua specie, dicendo Plinio (29), essere d'una fecondità innumerabile. Dalle parti laterali vi sono due cipressi, dei quali si possono congetturare due cose. E' notissimo, che questo albero è funebre; ma nella nostra gemma niente di

fu-

(19) Rei Antiq. Sel. Differt. v. p. 422. & Miscell. Erud. Antiq. sect. 1. art. 3. p. 662.

(20) Gruterus inter Hispanica p. XIII. n. 17.

(21) Fabbretti Inscrip. p. 382. n. 206.

(22) Vedi a questo proposito lo Spon I. cit.

(23) Osservazioni sopra de' Vasi Antichi di vetro Tav. 28. n. 3.

(24) p. 150. e seg.

(25) Vol. 2. Tav. 80. e 81. p. 155. e seg. Vedi ancora Descrizione Storica del Museo di Cristiano Dehen vol. 1. p. 100.; ed il Museo del Duca di Orleans vol. 1. Tav. 36. e 37. p. 159. seg.; Borioni Collect. Antiq. Tav. 43.; Maffei

Gemme Antiche vol. 3. Tav. 22. 23. 24.; Gori Columbarium Libert. Livae p. 32. 33.; Admiranda Antiquit. Tav. 68.; Montfaucon Antiquit. vol. 1. Tav. 120. 121. 122.; e Bracci Comment. de Antiq. Scalpt. vol. 1. Tav. 2. n. 2. p. 48.

(26) Hieroglyph. p. 224.

(27) Idyl. 15. Syracuf. v. 87. Vedi Eliano de nat. Animal. I. 10. e 12. ed Erasmo in Proverb. p. 276.

(28) Vedi Ficoroni le vestigia rarità di Roma Antica pag. 116. e seg. (*) Tav. XIX. N. I.

(29) Vedi Plinio I. 8. c. 55. p. 542. e le note ancora, e Buffon Histoire Naturelle vol. 6. p. 604.

in gemma designare potest. Idcirco putarem, antiquos Romanos tanti fecisse hanc arborem, ut, referente Plinio (30) ita illustrato a celeberrimo Petavio, Cupressorum plantaria dotem filiarum nominasse. Nam dotis usum & commoditatem cupressi praestabant, quod ex iis pecuniam ad illas maritandas antiqui conficerent. Unde bini illi cypressus in gemma exculpti sponsae dotem fortasse significant, vel amorem inter conjuges esse debere perpetuum: Cupressus enim, juxta quod scriptores referunt, maxime diuturnam vitam habent, dicente Theophrasto (31): Natura perpetua, cupressus... Itaque in Epheso cupressina materies, ex qua valvae templi Dianae, quatuor aetates reservata duravit. Et Rayus (32) inquit: Cupressi materies ad durandum perpetua, ex hoc maxime laudatur, quod neque vetustatem, neque cariem sentiat, & bonum semper odorem spirat. Mortuorum loculi in Aegypto, in quibus cadavera condita (Mumias vocant) recondi solent, multi ex hac materia facti observantur, quos in cryptis illis arenosis sepultos aliquot annorum millia incorruptos jacuisse, verisimile est. Et eruditissimus Ioa. Badaeus a Stapel testimonium refert in hanc rem inquitens (33). Cupressos enim *Χαπρες* (hoc est Gratiae appellatur) quod delectant, ut docet Cassianus Bassus (l. XI. cap. 7.) Certe ipse Cupido filius Veneris, ac Deus amator Psychem (ut Apulejus Metamorph lib. 5.) alloquutus involavit hanc arborem deque eius alto cacumine eam est assatus. Papilio autem facile hic prolem a sponsis renascituram designat. Sub infima annuli parte haec legitur Inscripção: M. VIRRI, quae probabiliter hujus gemmae dominum ostendit, qui hunc annulum suae conjugi dederit; proindeque Annulus Nuptialis hic poterit dici. Quid vero sub Inscripçãoe sit, non bene discerni potest.

Opportunum mihi videtur, non mediocri operis gemmam (*) hic asserre, quae papilionem repraesentat, immortalitatis animae symbolum, ex proprio assurgente semine cum Inscripçãoe AGATHE (34). Hoc verbum multa significat: sed verbum Felix accomodatior videtur. Homerus ingeniorum Phoenix ita cecinit:

Anima autem e membris volans ad Orcum descendit.

Quare conjici potest, veteres, qui animam sub papilionis forma exhibuerunt, prae oculis certe habuisse immortalitatem animae, quia papilio, cum aspera hyems accedit, mori videtur, & cum postea dulcia veris tempora redeunt, reviviscere videtur. Ita etiam homines post vitae terminum ad immortalem iterum resurgunt. Haec immortalitatis animae fides perantiqua est, ut clare nobis ostendit Pausanias (35), cum dicit: Enimvero primos omnium Chaldaeorum, & Indorum Magos memoriae prodidisse novi, esse hominum animos immortales. Assensu deinde sunt eis tum alii Graecorum, tum Aristonis filius Plato. Cicero etiam (36) ait: Pherecydes Syrius primum dixit, animos hominum esse senipiternos. Hanc opinionem discipulus eius Pythagoras confirmavit.

(30) L. 16. c. 33.

(31) Theophr. Hist. Plant. l. 5. c. 5. p. 521. Vide in hanc rem eruditissimas notas Ioa. Badaei a Stapel p. 525.

(32) Ioan. Raii Hist. Plant. vol. 2. p. 1407.

(33) Theophr. Hist. Plantar. l. 4. c. 6. p. 369.

(*) Tab. XIX. N. II.

(34) In sex literis Inscripçãoe signantibus non bene agnoscitur utrum signa Latino, an Graeco, an potius Graecolatino ut verius mihi videtur, notata sint.

(35) Lib. 4. c. 32. Vide Platonem pluribus in locis.

(36) L. 1. Tufcul. c. 16. p. 314. Vide etiam plura hae de re apud Lactantium Firm. Instit. l. 7. c. 8. 9. & 13.

funebre può esprimere. Perciò crederei, che gli antichi Romani tanto abbiano apprezzato questo albero, che, al riferire di Plinio (30) così illustrato dal celebratissimo Petavio; *le piantazioni de' cipressi le chiamavano la dote delle figlie, ed i cipressi formavano la dote, e l'utilità, mentre da questi gli antichi ne ritraevano il denaro per maritarle.* Quindi i due cipressi incisi nella gemma forse significano la dote della sposa, ovvero che l'amore tra gli sposi deve essere perpetuo. Imperocchè il cipresso, conforme narrano gli Scrittori, e d'una lunghissima durata dicendo Teofrasto (31): *Il cipresso è di natura da durare perpetuamente ; Per la qualcosa le porte del tempio di Diana in Efeso, che erano di cipresso, durarono conservate quattro secoli.* E Raio (32) dice: *La materia del cipresso è di perpetua durata, perciò è lodato principalmente, perchè non prova la vecchiezza, ne è soggetto al tarlo, e spirava sempre un buono odore. Le sepolture de' morti nell' Egitto, nelle quali sogliono riporsi i cadaveri (li chiamano Mommie), molti si osservano fatti di questa materia, i quali in quelli arenosi sepolcri è verisimile esser giaciuti sepoli alquante migliaia di anni, incorrotti.* E l'eruditissimo Gio. Bodeo a Stapel riporta un passo, che mi sembra molto a proposito, dicendo (33): *Imperocchè i cipressi si chiamano le Grazie, perchè dilettano, come insegna Cassiano Basso (lib. XI. cap. 7.) . Certamente Cupido figlio di Venere, e Dio amoroso (come dice Apuleio Metamor. lib. 5.) volendo parlare a Psiche volò sopra questo albero, e dalla di lui cima così parlò.* La Farfalla poi vorrà indicare facilmente la prole rinascente dagli sposi. A basso dell'anello vi è questa Iscrizione: M. VIRRI, cioè Marco Virrio, la quale probabilmente dimostra il possessore di questa gemma, che avrà dato questo anello alla sua sposa; perciò si potrà chiamare questo Anello Nuziale. Cosa poi vi sia sotto l'Iscrizione, non si può ben distinguere.

Opportunamente ancora riferirò una gemma (*) di non mediocre lavoro, rappresentante una farfalla, simbolo dell'immortalità dell'anima, che nasce dal proprio suo seme con l'iscrizione: AGATHE (34). Questa parola ha molti significati. Ma la parola *Felice* sembrami la più adattata. Omero Fenice degl'ingegni così cantò:

L'alma da membri trasvolome all'Orco.

Per la qualcosa si può congetturare, che gli antichi, che immaginarono l'anima a forma di farfalla, avessero sicuramente in oggetto la immortalità dell'anima; perchè la farfalla nell'avvicinarsi il crudo tempo dell'inverno, pare che muoia, e nel ritornare dipoi la bella stagione della primavera sembra che torni in vita. Così ancora gli uomini terminando la loro vita, nuovamente poi ad una immortale risorgono. Questa credenza della immortalità dell'anima è antichissima, conforme chiaramente ci dimostra Pausania (35), dicendo: *Veramente io so, che i Magi dei Caldei e degl'Indiani furono i primi a rammentare, che gli animi degli uomini sono immortali, ai quali acconsentirono dipoi i Greci, siccome ancora Platone figlio di Aristo.* Cicerone ancora (36) disse: *Fercede Sirio fu il primo, che disse, gli animi degli uomini essere sempiterni. Questa opinione la confermò il di lui discepolo Pittagora.*

Tom. II.

Kk

IN-

(30) L. 16. c. 33.

(31) Theophr. Hist. Plant. l. 5. c. 5. p. 521. Vedia questo proposito le eruditissime note di Gio. Bodeo a Stapel p. 525.

(32) Ioan. Raii Hist. Plant. vol. 2. p. 1407.


(33) Theophr. Hist. Plant. l. 4. c. 6. p. 369.

(*) Tav. XIX. N. II.

(34) Non ben si distingue in queste sei lettere se siano greche, o latine; a me sembrano mezze greche e mezze latine.

(35) Lib. 4. c. 32. Vedi Platone in molti luoghi

(36) L. 1. Tusc. c. 16. p. 314. Vedi ancora a questo proposito molte cose appresso Lattanzio Firm. Inst. l. 7. c. 8. 9. e 12.



CATALOGUS
VETERUM PICTORUM, CAELATORUM,
ARCHITECTORUM,
QUI IN FRANCISCI IUNII F. F.
OPERE DESIDERANTUR

A

AGASIAS SCULPTOR.

Agasias, Sculptor pereximius, ignotus nobis esset, nisi nomen suum inscripsisset celebri statuae Gladiatoris pugnacis, quod in Villa Pinciana observatur: ΑΓΑΣΙΑΣ ΔΟΣΙΘΕΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. *Agasias Dosithei (idest filius) Ephesius faciebat.*

Alterius Agasiae Menophili filii, Ephesique statuarii meminit sequens inscriptio in Gronovio in Notis ad Plinium relata in lib. 34. Plinii c. 8. vol. 3. p. 826. Amstelodami apud Vitizium ex Asia allata (1):

ΓΑΙΟΣ ΒΙΛΛΙΗΝΟΝ ΓΑΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΗΝ
ΡΩΜΑΙΩΝ ΟΙ ΕΝ ΔΗΛΩ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣ ΣΚΟΠΗ ΠΑΡΙΟΣ ΕΠΕ ΣΚΕΤΑΣΕΝ.

idest.

Gaium Billienum Gaii filium Legatum Romanorum, ii, qui in Delo operantur, Benefactorum causa in eos collatorum, hac statua venerati sunt, Agasias Menophili filius faciebat, Aristander Scopae Parus curam habuit.

AGORACRITUS STATUARIUS.

De Agoracrito vide illustres Expositoires Musei Herculan. vol. 1. Protomarum p. 154.

AGRYPNUS STATUARIUS.

AGRYPNVS . CAESAR .
AVG. MAECENATIAN.
A . S T A T V I S . (2)

A statuis. Fuit hic Agrypnus, antea Maecenatis Liberrus, postea Caesaris, vel statuarius, vel curator, custosve statuarum &c.

ALCAMENES SCULPTOR.

Winkelmann (3) anaglyphum celebri Villae Cardinalis Alexandri Albani edidit cum Inscriptione in eodem excalpta, quae sequitur.

Q. LOLLIVS ALCAMENES DEC. ET DVVMVIR.

K k 2

In

(1) Vide Spon Miscell. Erud. Antiq. in suppl. Poleni vol. 4. p. 890.

Libertor. & Serv. Liviae Augustae p. 157. num. 125.

(2) Vide Ant. Franc. Gori in Monum. five Columb.

(3) Monum. Antichi p. 243. Tav. 186. vol. 2. p. 157.

In hoc anaglypho figurā, sedens, aspicitur, consulari veste exornata, dextera parvam protomam tenet, sinistra autem (dicit Winkelmann festucam). Ex adverso ei adest alia figura velata, ad sacrificandum intenta, quae super candelabrum ponit incensum. Hunc Winkelmann existimavit Alcamenem sculptorem esse, illaqua parva protoma eiusdem filium exhibere, & coniugem illam, quae sacrificat. Hanc tamen hypotesin nimium a veritate abesse, pluribus datus rationibus opinor. Vestem consularem praetereo: At Decurionis, atque Duumviri dignitatem, quis unquam sculptoris propriam dixerit? Et cur etiam mulier velata atque sacrificans positis ignibus super candelabrum ardentibus? Probabile valde est, istud anaglyphum repraesentare sacrificium. Penes Eruditos Antiquarios esto iudicium.

ALEXANDER SEVERUS IMPERATOR.

Praeter egregias animi dotes Alexandri Severi Imperatoris, inquit Lampridius (4) eum quoque mire pinxisse.

ALEXANDER PICTOR.

Atheniensis, ut ex hac Inscriptione apparet (5):

Α Δ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ο Σ
Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ
Ε Γ Ρ Α Φ Η Ν

idest

Alexander Atheniensis pingebat.

Hic pictor quinque figuras muliebres, super quas earum nomina apposita, pinxit (6), scilicet Latonam, Niobem, Φοιβή, idest Phoeben, Λαερια, nempe Ileram, Aglaïam.

ALEXANDER ARCHITECTUS.

C. LICINIUS . M. LIBERTVS

ALEXANDER . ARCHITE

LICINIA . EPICCHARIS

C. LICINIUS , C. L. EPITYNCHA

LICINIA , C. ET.) L. D. (7)

De Alexandro Regis Persei filio artifice ita scribit Plutarchus in vita Aemilii Pauli p. 496. vol. 1. *superstitem filium Alexandrum torrandi, subtiliumque operum egregium artificem fuisse tradunt,*

ALFENIUS ARCHITECTUS.

Alfenius iste Architectus notus est in Inscript. Antiquis Donianis pag. 317. num. 8.

ALOISIUS ARCHITECTUS.

De Aloisio Architecto sermonem habet Cassiodorus (8), qui epistolam (dignam legi) refert a Theodorico Rege Aloisio Architecto scriptam. *Aloisio Architecto Theod. Rex, De reparatione Balnearum, quae virtute vigere multimoda describuntur.* Atque ita exprimitur: *Quapropter antiqua illic aedificiorum soliditas immovetur, ut sive in thermis (9), sive in cuniculis fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconstrui. Virgula quoque noxia importunitate nascens, e vulsis cespiti- bus auferantur: ne radicem quidam capilli paulatim turgemes, fabricarum visceribus inserantur, & more vipereo prolem sibi foecunditate contraria nutriat, unde se compago casura disrumpat.* Pa-
la-

(4) In Alexand. Sev. c. 27. pag. 927. vol. 1.

(5) Vide Mus. Hercul. vol. 1.

(6) Ibid. Tab. 1. pag. 2.

(7) Gruter. Inscript. p. 623. num. 2. & Aldus Ortoge. Ratio. p. 482.

(8) Lib. 2. Epist. 39. pag. 145. & 148.

(9) Thermae celeberrimae Aponi, de quibus ante p. 146. loquitur. Hisce de Balneis salutaribus vide Baccium de Thermis l. 4. c. 10. p. 132. seq.

latium quoque, longa senectute quassatum, reparatione assidua corrobora. Spatium, quod inter aedem publicam, & caput ignis fontis interjacet, silvestri asperitate depurga &c.

ALSIMUS PICTOR. (10)

Celeberrimum Vas Bibliothecae Vaticanae habetur in quo Winkelmann legit, ΑΛΣΙΜΟΣ ΕΓΡΑΨΕ. *Alsimus pinxit.* Winkelmann sic exprimitur (11): *Altri erroneamente lessero ΜΑΞΙΜΟΣ ΕΓΡΑΨΕ, e Gori (Dif. dell' Alfab. Etrusco p. 215.), al cui sistema opponeasi quest' iscrivizione, la dicbiara francamente per un' impostura, senza aver mai veduto il vaso.*

AMIANTHUS ARCHITECTUS.

A Reinesio in Inscript. Claff. 10. num. 3. p. 547. memoratur. Vide etiam Lud. Ant. Muratori Inscript. p. 298. n. 3.

ANDROCYDES PICTOR.

Iunius in Plutarchi narratione solum dixit: *Hic Androcydes fuit Cyzicenus*; & historiam a Plutarcho scriptam in vita Pelopidae praeteriit (12). *Androcydes Cyzicenus aliam quamdam pugnam ut pingeret a civitate conductus, Thebis id opus inchoaret, post facta defectione, & bello commisso, tabulam fere absolutam, imperfectam Thebis ab eo relictam Thebani servarunt. Hanc Menecidas, ut sacram suspenderent inscripto nomine Charonis, persuasit, gloriam Pelopidae, & Epaminondae hoc pacto, obscuratum iri sperans.*

ANRIANTUS CAELATOR.

Meminit eius Aldus Manutius (13).

ANTIGONUS · GERMANIC · CAESAR ·
ARGENTARIUS ·

VIXIT · ANNIS · XLII.

ANRIANTVS · GERMANIC · CAESAR ·
CAELATOR ·
FECIT ·

ANTIPHILUS ARCHITECTUS.

Hallucinatus enim est Iunius pag. 15., cum Antiphilus fuerit Architectus, numquam statuarius, sicuti fuere Megacles & Pothaeus.

ANTIOCHUS SCULPTOR.

Vide Winkelmann Storia dell' Arte vol. 2. pag. 294.

ANTIUS ARCHITECTUS.

Memoratur a Ludovico Antonio Muratori Inscript. pag. 86. num. 7.

APELLES PICTOR.

Non plane intelligo, cur diligentissimus Iunius, qui pag. 18. laudat Luciani Dialogum: *Temere credendum* (vol. 3. p. 127. seq.), in quo de Apelle fufius loquitur, tamen ne verbum quidem fecerit de omnium pulcherrima celebris Apellis Pictura, quae tam eleganti colorum ornatu, vividaque expressione Calumniam, Ignorantiam, Invidiam, Suspicionem &c. mirifice exhibet. Vide Lucianum ibidem pag. 131. Ego tabulam aeneam confpexi a Zuccheri delineatam,

(10) Vide Winkelmann Monumenti Antichi Tab. 143. p. 191.

(12) Plutarch. in Pelop. vol. 1. p. 532.

(13) In Orthograph. Rat. p. 123.

(11) Storia dell' Arti del Disegno vol. 1. p. 155.

tam, & a Cornelio Cort sculptam, in quo istud Calumniae, Ignorantiae &c. subiectum argumentum egregie repraesentatur. Hac de celebri Apellis pictura confer etiam Petrum Bayle Diction. ad verbum *Apelles*, ubi anacronismi errorem manifeste demonstrat, in quem lapsus est Lucianus.

APOLLONIUS SCULPTOR.

Alter Atheniensis Apollonius, sed filius Nestoris, ut loquitur Inscriptio.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΝΕΣΤΟΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΗ.

Apollonius Nestoris filius Atheniensis faciebat. Mirandum illud Herculis Truncum extat in Palatio Vaticano adservatum, tam mire a celeberrimo Michaeli Angelo Buonarroti celebratum. Insignem hunc Sculptorem aliam Herculis statuam fecisse, asserit Winkelmann (14).

APOLLONIUS STATUARIUS.

